Humor est corpus humidum liquidum in quod in primis nutriens conuertitur. Eius uero est humor bonus: et e illud de cuius proprietate est ut fiat pars substantie nutriti solus: uel cum alio: et assimilari ei solus: uel cum alio. et in summa materia restaurationis eius quod ex ea dissoluitur: et eius superfluitas e humor malus. Et est quod istud agere non consueuit aut raro in bonum conuertitur humorem. Unde antea a corpore expelli et proici debet. Dicemus ergo quod humiditatum corporis: quedam sunt prime quedam secunde. Prime sunt quattuor humores: quos paulo post nominabimus. Secundarum uero due sunt diuisiones. aut enim sunt superfluitates: aut non superfluitates. Superfluitates uero in sequentibus nominabimus. Et que sunt non superfluitates sunt humores qui a principali dispositione conuersi membris delegati fuerunt: sed nondum alicuius membrorum simplicium operatione perfecta pars effecti sunt. quorum sunt quattuor species. Una est humor in foraminibus extremitatum paruarum uenarum contentus membris simplicibus propinquarum imbibentium ea vel eam. Alia est humor per omnia simplicia transiens membra: sicut ros qui in nutrimentum conuerti e aptus: quum corpus nutrimento caret: et ut membra humectet: quum aliqua causa fortis motus aut alia ea exiccauerit. Tertia est humor qui parum ante congelatus fuit. Et est nutrimentum quod in substantiam membrorum ex parte complexionis conuersum est. Sed ex parte essentie complete et similitudinis nondum conuersum fuit. Quarta est humor qui e intus in membris simplicibus a principio natiuitatis: per quem partium eorum continuitas existit: cuius principium est ex spermate. Spermatis uero principium est ex humoribus. Et dicemus etiam quod humores humorosi boni et superflui vel non superflui quattuor continentur generibus. genere sanguinis qui omnibus illis melior existit et genere phlegmatis. et genere colere rubee. et genere colere nigre. Sanguis uero natura calidus existit et humidus. Cuius sunt due species naturalis et non naturalis. Naturalis autem est cuius color est rubeus malo carens odore et est ualde dulcis. Non naturalis uero sunt due diuisiones. Alius enim est qui a complexione bona fuit mutatus: non propterea quod aliquid ei admistum fuerit. sed quia eius complexio in se uitiata fuit. verbi gratia. quia aut fuit infrigidatus: aut calefactus. Et e alius qui non fuit mutatus nisi propter humorem malum qui ei admistus fuit. Quod est secundum duas diuisiones. aut enim ad eum humor deforis uenit et penetrauit in ipsum et corrupit. Aut in ipsomet fuit generatus humor. verbi gratia. aliqua eius pars putruit: et eius subtile in choleram rubeam: et spissum in choleram nigram conuersum est. Et remanserunt ambe: aut una earum in eo. Et huius quidem diuisionis partes secundum illud quod ei admiscetur et ipsius species secundum speciebus phlegmatis: et speciebus cholere nigre: et speciebus cholere rubee diuersificantur. et aquositatis eius. plerumque ergo fit turbidus: et aliquando fit subtilis: et aliquando niger multa infectus nigredine: et quandoque albus. Similiter quoque in odore sui: et sapore mutatur: fit namque amarus aut salsus: aut acetosus. Phlegmatis autem aliud est naturale: et aliud non naturale. Naturale est quod e aptum ut in aliquo tempore fiat sanguis: quoniam est sanguis non plene coctus. Et est quidam modus dulcis phlegmatis quod non ualde existit frigidum: immo corporis comparatione est frigiditatis pauce sanguinis uero comparatione et cholere rubee est frigidum. Et est etiam phlegma dulce quod non est naturale quod est phlegma saporem non habens: quod nominabimus: quod fit quum accidit ut cum eo sanguis misceatur naturalis: et quod multotiens in rheumatismis: et in salina sentitur. Dulcis uero naturalis receptaculum. Dixit Gal. naturam non fecisse membrum proprium quemadmodum duabus fecit choleris. hoc namque phlegma sanguini propinquam habet similitudinem: et egent eo membra omnia: ideoque fecit natura ut cum sanguine uadat. Dicimus autem quod hec indigentia est propter duas res. Una est necessaria. Et altera iuuatiua. Necessaria uero e propter duas res. Una est ut sit iuxta membra ad hoc ut quum membra nutrimentum quod ad ipsa consueuit uenire amiserit quod est sanguis bonus propter retentionem materiei eius que a stomacho fit et epate propter aliquas causas que acciderunt: operentur in eo uirtutes naturales eorum et coquant: et digerant: et nutriantur ex eo. Et sicut calor innatus digerit ipsum et rectificando facit ipsum sanguinem. similiter calor extraneus ipsum plerumque putrefacit et corrumpit. Hac uero necessitatis partem non habent due cholere. Due namque cholere phlegmati in hoc non conueniunt quod calor naturalis ipsum rectificat: et facit ex eo sanguinem: sed in hoc conueniunt ei quod calor accidentalis ipsum mutat: et facit ex eo rem putridam: et corruptam. Altera est ut sanguini admisceatur ut ipsum aptum reddat ad membra phlegmaticarum complexionum nutrienda in sanguine quorum qui ea est nutriturus est phlegma actualiter esse secundum mensuram notam sicut est cerebrum. Et hoc quidem in duobus est reptum choleris. Iuuatiua uero e ut humectet iuncturas et membra que multe existunt motionis: ne siccitas eis accidat propter calorem qui ex motu prouenit et fricatione. Et hoc quidem est iuuamentum stans in terminis necessitatis. Non naturale autem phlegmatis. Aliud est superfluitas diuerse essentie usque ad sensum. et istud est mucillaginosum. Et aliud est in substantia equale in sensu: et in ueritate diuersum: et est phlegma crudum. Aliud est ualde subtile et ipsum est aquosum. Aliud est ualde grossum album vz: et est illud quod uocatur gipseum: et ipsum est cuius subtile fuit resolutum ideo quod in foraminibus et iuncturis diu fuit retentum: quod omnibus existit grossius. Et ex phlegmate e quoddam quod est salsum quod omnibus phlegmatis speciebus acutius est et siccius et leuius. Omnis uero salsuginis causa est: ut aquose humiditati pauci saporis: aut priuate eo: terree partes aduste complexionum siccarum et saporis amari equali temperamento misceantur. Si enim multe fuerint amarus sapor prouenit Et ex hoc quidem similiter fiunt sales: et aque salse. Et est etiam quum sal fit ex cinere alchali: et calce. et ex aliis quum in aqua coquuntur: et colantur: et coquitur illa aqua donec in salem coaguletur: aut ita dimittitur donec per se coaguletur. Similiter quod phlegmati tenui quod saporem non habet: aut cuius

sapor adeo est puus q̄ nō superat qum cholerā sic ca natura se miscuerit adusta equalitatis admistiōe ipsum faciet salsum: ⁊ calefaciet. hoc igitur phlegma est cholericum. ¶ Galienus uero dixit phlegma hoc salsum fieri ꝓpter ipsius putredinem aut aquositatē que ei admista fuit. ¶ Et nos quidem dicimus putredinem ipm̄ salsum efficere ideo q̄ i ipso adustionez facit: ⁊ cinereitatem: que cū eius humiditate cōmiscetur. Sola aūt aquositas quz ei admiscetur salsedinem in ipso efficere non ualet: quz ibi ulla alia non fuerit causa. Et mihi quidem uidetur q̄ illa aut non pmutatōis est: sed cōtinuitatis. tūc enim locutio cōpleta erit. ¶ Et ex phlegmate est quod est acetosum. Et quenadmodū dulce ē fz duos mōs dulce p suam eēntiam: ⁊ aliud ꝓpter rē extraneā q̄ ei admista fuit. Similiter acredo phlegmatis acetosi fm̄ duos contingit modos. Uno iō quia res extranea ei admista fuit que est cholera nigra acris quam in subsequenti nominabimus. Altero ꝓpter causam que in ipsomet contigit: ⁊ illō quidem est ut phlegmati dulci quod diximus ipso dulci exn̄te accidat: sicut accidit aliis succis dulcibus qui prius bulliūt ⁊ postea acescunt. ¶ Et est aliud ponticum cuius dispō est quenadmodū hec dispō: fortasse eniz erit eius ponticitas ꝓpterea q̄ cholera nigra pontica ei admista fuit: ⁊ fortasse erit eius pōticitas ꝓpter causam qua in se uehementi infrigidatōe infrigidatum est adeo q̄ eius sapor ad ponticitatem sit conuersus. iōq; eius aquositas cōgelata ē ⁊ ad siccitatem parum ⁊ terrestritatem altera est. Et neq; fuit calor debilis qui ipm̄ bullire faceret ⁊ cōuerteret in acredinem: neq; calor fortis qui ipz coquerz. ⁊ est phlegmatis species uitrei spissi grossi uitro liquefacto similis in sui uiscositate ⁊ ponderositate. Quod plerunq; est acre: ⁊ plerunq; saporem nō habebit. Et uidetur q̄ illud ex eo qō est grossum saporem non hn̄s sit crudum: aut conuertitur in crudum. Et hec quidē est illa phlegmatis spēs que in principio rei erat aquosa frigida: q̄ neq; putruit: neq; res alia ei admista fuit. sed sic p mansit recondita donec fuit ingrossata: ⁊ frigiditas fuit ei addita. ¶ Jam igitur declaratū est q̄ corrupti phlegmatis mōi ex pte saporū ipsius sunt quattuor: salsum: acre: ponticum: ⁊ insipiduz. Et ex pte sue eēntie sunt quattuor: aquosum: uitreum: mucillaginosum: ⁊ gipseum. crudū uero in collectōne mucillaginosi cōtinetur. ¶ Cholera aūt rubea alia est naturalis: alia est que est supfluitas nō natural'.

¶ Naturalis est spuma sanguinis cuius color ē rubeus clarus: ⁊ ē leuis acuta: ⁊ q̄to magis fuerit calida erit eius rubedo maior. Que qum in corpore generatur: in duas diuiditur ptes. quarū una cum sanguine uadit. ⁊ altera ad cistim transmittitur fell' Illud uero quod de ea uadit cum sanguine cum eo penetrat causa necessitatis ⁊ iuuamēti. ¶ Necessitas uero est ut sanguini admisceatur ad nutrienda membra: in quorū cōplexionibus magnam choler' rubee ptem eē oportet fm̄ modū quem meretur ō diuisione: sicut pulmo. ¶ Sed iuuamentum est ut sanguinem subtiliet ⁊ in itineribus ipm̄ penetrare faciat. ¶ Quod uero de ea colatū ad cistim transmittitur fellis causa necessitatis trāsmittitur ⁊ utilitatis. ¶ Necessitas aūt: aut est fm̄ totum corpus quod est ipm̄ a supfluitate mūdare: aut fm̄ unū ipius membrū quod est fel nutrire. ¶ Utilitatis uero duo sunt iuuamenta. vnū est intestina a stercor' ⁊ phlegmate uiscoso abluere. Et aliud intestina ⁊ ani musculos pūgere: ut quid sit ei necessariū sentiat: ⁊ egestiones emittat. Ideoq; sepe accidit colica causa oppilatōis que fit in foramine quod a felle descendit ad intestina. ¶ Non naturalis uero cholera alia est que a natura egreditur ꝓpter causaz extraneam que ei admiscetur. alia est que a natura egressa est ꝓpter causam in se: quia eius substantia ē non naturalis. Partis prime est alia que est scita ⁊ famosa: ⁊ est illa cui extraneum illud quod est admistum est phlegma cuius generatō magis ē i epe. Et alia ē que est minoris fame ⁊ est illa cui extraneum quod est admistum est m'lia. ¶ Nota aūt ⁊ famosa aut est cholera citrina: aut est cholera uitellina. phlegma nanq; cui admiscetur cholera: qn̄q; est tenue: ⁊ generatur inde prima. qn̄q; est grossū ⁊ generatur inde secunda. s. cholera que ouorum uitellis similis existit. ¶ Que aūt minoris est fame est illa que cholera uocatur adusta. que aliquo duorum generatur modorū: vnus est ut cholera in se aduratur: ⁊ accidat in ea cinereitas. sed eius subtile non sepetur ab ipius cinereitate. immo cinereitas in ea cōtineatur. Et hec quidem est peior Et alius est ut cholera nigra extrinsecus ad eā ueniat: ⁊ cum ea misceatur: ⁊ hec quidem est melior. Huius aūt spēi cholere color est rubeus: sed non ē clarus: neq; floridus: immo est magis similis sanguini: sed est tenuius ⁊ plerūq; a suo colore ꝓpter aliquas mutat̄ cās. ¶ Que uero in sui substantia extra naturam est. Alia est cuius generatō sepius ē in epate. Alia est cuius generatio magis est in stomacho. Et illa quidez cuius generatō magis est ab epate est una spēs. Que est qum qō in sanguie est subtile aduritur: cuius spissitudo cholera est nigra Et que in stomacho magis generatur duas hz ptes prassinam. s. ⁊ uiridem ut erugo eris. ¶ Et mihi quidem uidetur q̄ prassina ex uitellina generatur qum aduritur. Qū eniz aduritur adustio in ea efficit nigredinem ex qua cum citrinitate mista generatur uiriditas. ¶ Zinaria uero uidetur mihi q̄ generetur ex prassina qū tantum aduritur donec eius humorositas siccatur ⁊ ad albedinem redire icipit ꝓpter sui siccitatem. Calor nanq; in humido corpore in primis nigredinem efficit: deinde ōnudat ipz nigredine qn̄ eius omnino finit humiditatem.

¶ Et qn̄ supfluit in eo ipm̄ albificat: ⁊ hoc quidem in lignis attende q̄ prius in carbonem vertūtur: deinde in cinerem. ¶ Calor enim in humido efficit nigredinem ⁊ in eius cōtrario albedinem: ⁊ frigiditas in humido albedinem opatur: ⁊ nigredinem in eius cōtrario: hec tamen duo iudicia que in prassina ⁊ zinaria iudicaui extimatīa sunt iudicia. hec aūt spēs que dicitur zinaria omībus cholere rubee spebus calidior existit: ⁊ peior ⁊ magis pnitiosa. ⁊ dr̄ q̄ est de substantia uenenorum. ¶ Cholere autez nigre: alia est naturalis: alia non naturalis supfluitas. ¶ Naturalis est boni sanguinis fex ⁊ turbulētia ⁊ supfluitas in cōpatōe ad sanguinem: quia omnes hūores dicūt̄ supfluitates ad ī cpatōez sāguine. cuius sapor inter dulcedinem ⁊ ponticitatē existit.



DE NŌ NATI MLIA:

Que qum in epate generatur in duas separatur ptes. quarum una in sanguinem penetrat. ⁊ alia ad splenem transmittitur. ¶ Pars aūt que cum sanguine penetrat uadit cum eo causa necessitatis ⁊ utilitatis. ¶ Necessitas uero est ut sanguini admisceatur eo mō quo debet in nutrimento cuiusq; membrorum in quorum cōplexionibus magnam melancholie ptem eē oz: sicut sunt ossa. ¶ Utilitas uero est ut sanguinem restringat ⁊ cōfortet ⁊ inspisset ipsum. ¶ Et ps eius que ad splenem transmittitur ē illud quo sanguis non indiguit que ad ipm uadit cā necessitatis ⁊ utilitatis. ¶ Necessitas uero aut ē fz corpus totum. s. ut a supfluitate mundetur: aut fz unū membrū quod est ut splenē nutriat. Utilitas uero iō accidit quia in os stomachi quasi mulgēdo pfluit. ¶ Et hec quidem utilitas duobus est mōis vno quia os stomachi strigit ⁊ confortat ⁊ inspissat Alio ut in ore stomachi cōmotōez faciat ppter acredinem: ⁊ excitet ad famem: ⁊ faciat desiderium.

¶ Debes aūt scire q cholera rubea que ad cistim transmittitur fellis est illud quo sanguis non indiget. ⁊ illud quod a felle egreditur est illud quo fel non indiget. ⁊ similiter cholera nigra que ad splenem transmittitur est illud quo sanguis non indigz Et illud quod a splene egredit est illud quo nō indiget splen. Et quēadmodū illa cholera rubea postrema euigilat uirtutem expulsiuam inferius. sic cholera ista nigra postrema virtutem appetitiuam euigilat superius. Unde sit deo omnibus meliori factoribus laus. ¶ Melancholia uero non naturalis non est ad modū hypostasis ⁊ fecis: immo est ad modū adustionis ⁊ cinereitatis. ¶ Res nanq; humide cum rebus terrestribus admiscentur. sepat terrestritas ab eis aliquo duorum modorū: aut ad modum hypostasis: ⁊ tale quale illud de sanguine est melancholia naturalis: ⁊ ad modum adustionis quod est qum resoluitur subtile ⁊ spissum remanet ⁊ tale quale illud est ō humoribus est melācholia supfluens. ⁊ ista quidem uocatur cholera nigra. Et neq; habuit hypostasim nisi sanguis. ¶ Ex phlegmate enim ppter sui uiscositatem nihil descendit sic ex oleo. Et ex cholera rubea ppter sui subtilitatem ⁊ sue terrestritatis paucitatem ⁊ sui motus assiduitatem. Et ppterea illud quod de ea a sanguine sepatur in corpe est parū non descendit res de qua sit curandum. Nec qum sepatur moratur nisi pa℞ sed putrefit: aut a corpore expellitur. Et qum putrescit eius subtile resoluitur: ⁊ spissum remanet ⁊ fit cholera nigra adusta ⁊ non hypostasiua. ¶ Melancholia aūt que est supfluens. ¶ Alia est que est cinis cholere: ⁊ quod de ea aduritur que est amara inter quam tamen ⁊ choleram rubeam quam adustam uocamus existit differentia. q illa est cholera rubea cui cinis hic fuit admistus. hec uero non est nisi cinis p se cognitus cuius subtile fuit resolutum ¶ Alia est que est cinis phlegmatis ⁊ quod de eo adustum fuit: ⁊ si phlegma ualde subtile ⁊ aquosū fuerit eiꝰ cinis erit salsꝰ: ⁊ si ñ tbit ad acredinē aut ponticitatē. ¶ Alia est que est cinis sanguinis ⁊ qō de eo est adustum. Et hec quidem est salsa ad paucam trahens dulcedinē. ¶ Alia est que est cinis melancholie naturalis. Que si subtilis fuerit erit eius cinis ⁊ quod de ea adustum est ualde acre sicut acetum quod qum sup terre faciē cadit ebullit: ⁊ eius odor est acris a quo musce fugiūt ⁊ alia: ⁊ si grossa fuerit minoris erit acredinis cuz ponticitate pauca.

¶ Male igitur cholere nigre spēs sunt tres: cholera rubea qum aduritur ⁊ eius subtile resoluitur ⁊ due alie diuisiones quas post eam diximus.

¶ Melancholia uero phlegmatica est tardioris īpedimēti ⁊ malitie. Et melancholia cholerica est que est fortioris malitie ⁊ uelocioris corruptōis. Ueruntamen est susceptibilior curatōnis q̄ ille.

¶ De aliis uero duabus diuisiōibus que magis acris est deterior existit. Si tamen in eius principio auxilium presto fuerit citius medicatōnem recipiet.

¶ Tertia uero que minus sup terraz ebullit: ⁊ minus in membra penetrat: tardius pimit: sed ad resoluendum: ⁊ ad maturandum: ⁊ medicatōem recipienduz magis est effrenis. ¶ He ergo sunt spēs humorum non naturalium ⁊ supfluentium. ¶ Inquit. G. ille qui dixit q humor naturalis solūmō ē sanguis: ⁊ alii humores sunt supfluitates quibus ñ egetur nō dixit ue℞. ¶ Si eni solus sanguis eēt humor qui membra nutrit oīa in suis cōplexionibus ⁊ eēntiis similia forent: os aūt carne durius nō existit nisi quia sanguis cui substātia dura melācholica fuit admista ipm nutriuit: neq; cerebrū mollius ē carne nisi quia sanguini qui ipz nutriuit substantia mollis phlegmatica fuit admista. Ipsuz quoq; sanguinem aliis inuenimus admistū humoribus qui ab eo sepantur. ¶ Qum enim extrahitur ⁊ ordinatim ponit alcatim uisu discernitur. quod sepat in ptem que est sicut spuma: ⁊ est cholera rubea. ⁊ ptem que est sicut fex ⁊ res turbida ⁊ est melia: ⁊ ptem que est sicut albumen ouorum ⁊ est phlegma ⁊ ptem aquosam que est aquositas cuius supfluitas in urina euacuatur. Aquositas nanq; non est ex humoribus secūdis. neq; est nisi ex eo quod bibitur ⁊ non nutrit: neq; est necessaria nisi in nutrimenti attenuatōe ⁊ penetratōe. humor nanq; est quod ex eo quod bibitur ⁊ comeditur est nutriens. ¶ Qō aūt dico nutriens uolo intelligi q est in potentia simile corpori. Quod aūt in potentia corporis. s. humani similitudinem habet est corpus cōmistū non simplex. ¶ Et aqua quidem est simplex. ¶ Sunt aūt quidam hominum qui opinantur corporis virtutem sanguinis sequi multitudinem ⁊ ipsius debilitatem sequi eius paucitatem. ¶ Sed non est ita. Quod uero attenditur est dispō eius q̄titatis que de eo corpus ingreditur. ¶ Et sunt quidam q̇ opinantur q qum humores aucti fuerint: aut diminuti. Postq̄ corpa humana fm cōpatōem fuerint qua debent in q̄titate unius ad alterum sanitas erit cōseruata. sed non est ita. humores nanq; preter istud mensuram in q̄titate cōseruatam habere debent nō in cōpatōe alterius humoris immo in se cum custodia mēsuratōis quam hñt in cōpatōe unius ad alterum. ¶ Adhuc quidem remanserūt de rebus humorū qōnes: q̇ nō medicis sed tantum ptinent philosophis. ¶ Ideoq; eas ptermisi.

¶ Capitulum secūdum de qualitate generatōnis humorum.

Nutriens masticatōe aliq̄ hȝ digestionem. Superficies enim oris superficiei stomachi cōtigua
existit: immo est ac si una eēt superficies: ēqȝ in eo v̄
tus digestiua ex ipso. Quūqȝ masticatuȝ tetigerit ali
qua ipm cōuersione pmutabit. ¶ Et in hoc quidē
auxiliatur saliua acquisita p digestionem in qua ca
dit calor īnatus. Ideoqȝ triticum masticatum ī ma
turatōe furūculorū ⁊ exiturarum opatur quod nō
opatur triticum cum aqua tritum: neqȝ illud quod
cum aqua coquitur. ¶ Et dixerūt quidam q̄ signū
ondēs nobis q̄ masticatū iā parū incipit digeri ē q̄
neqȝ primus odor: neqȝ primus sapor in eo inueni
tur. ¶ Deinde postq̄ stomachum ingreditur inte
gra digeritur digestione: non ꝑpter stomachi calo
rem tantum: sed ꝑpter calorem membrorū q̄ ipm
circūdant ⁊ ad extra quideȝ epar: ⁊ a sinistra splē:
splen nanqȝ calefacit non ꝑpter sui substantiam sed
ꝑpter arterias ⁊ uenas multas que in eo sunt: ⁊ ab
anteriori quidem ē zirbum adipinū quod cito su
scipit caloreȝ causa adipis ⁊ ad stomachū reducit: ⁊
superius quidē cor mediante diaphragmate ab eo
calefacto. ¶ Quūqȝ nutriens in primis digeritur fit
sua eēntia in multis aīalium auxilio eius qd̄ ei ad
miscetur de eo quod bibitur: plerūqȝ chilus: ⁊ est
substantia liquida ptisane in spissitudine similis: d̄
inde eius subtile a stomacho ⁊ intestinis attrahitur
⁊ p uias uenarum que mesaraice uocantur impelli
tur que sunt uene subtiles dure omnibus intestinis
cōtinue. Quūqȝ p eas īpellitur ad uenam puenit epa
tis que porta uocatur ⁊ penetrat in epar in diuisiōi
bus ⁊ ramis porte intrātibus ⁊ se minorantibus ⁊
subtiliantibus ad modum capillorū occurrentibus
orificiis diuisionū radicum uene que a gibbo epa
tis ascendit ¶ Et non facit ipsam penetrare in illas
coangustatōes nisi melior cōmistio aque bibite su
pra id quod indiget corpus. Qum ergo in istarum
uenarum uillis diuiditur fit quasi epar totalr̄ tan
gat huius chili totalitatem. ⁊ ꝑpter illud tunc eius
opatō ē uehementior: ⁊ fortior: ⁊ uelotior: ⁊ tūc
coquitur. ¶ In omni aūt decoctōe que est huius
modi est res que est sicut spuma: ⁊ res que est si
cut hypostasis: ⁊ res fortasse erit cum eis aut q̄ ad
adustionē ptinet: si decoctio superflua fuerit: aut res
que non est bene cocta: si decoctō fuerit minor q̄
debet. Spuma aūt est cholera rubea. ⁊ hypostasis
est mľia que ambo sunt naturales. ¶ Adusti uero
subtile est mala cholera rubea: ⁊ eius spissum est
melancholia mala non naturalis: ⁊ quod non bene
coctum est phlegma est. Quod aūt de hoc toto res
colata est que est bene cocta est sanguis. Qui tamē
q̄ diu est in epate subtilior existit q̄ debet ꝑpter
aquosam superfluitatem que ꝑpter rem quam dixi
mus est necessaria. ¶ Istud uero quod est sanguis
qū ab epate separatur ab aquositate superflua illico mū
datur: que necessaria non est nisi ꝑpter causam q̄
dam que iam sublata est. ¶ Extrahitur ergo aquo
sitas a sanguine in uena que ad renes descendit: ⁊
fert secum sanguinem qui ad renes nutriendos sua
q̄titate ⁊ qualitate bonus existit. Nutritqȝ renes
unctuositas huius aquositatis ⁊ sanguineitatis: de
inde aliud quod remanet ad uesicam tendit: ⁊ post
ad uirgam. ¶ Sanguis aūt eēntie bone p uenam
magnam ad gibbositatem epatis ascendentem ua
dit ⁊ tendit per uenas que ab ea ut rami separantur
deinde in gedeguil uenarum postea sedenechi ge
deguil: post in suggentibus segucchi: deinde in ue
nis q̄ sunt sicut uilli capillaribus similes: postea san
guis ab earum orificiis resudando labitur in mem
bra ex pte diuina: ¶ Sanguis ergo causa efficiens
calor est tempatus. ¶ Et causa materialis est qd̄ d̄
nutrientibus est tempatū ⁊ de potibus bonis.
¶ Et formalis causa ipius est decoctō bona. ¶ Et
eius causa finalis est ut nutriat corpus. ¶ Efficiens
uero cholere rubee causa est igneus calor superflu
us ⁊ ꝑprie in epate. ¶ Et eius causa materialis est
quod de nutrientibus est subtile calidū dulce ⁊ un
ctuosum ⁊ acutum. ¶ Et eius causa formalis est d̄
coctōem ad superfluitatem ꝑcedere. ¶ Et eius finalˀ
causa est necessitas ⁊ utilitas quas nominauimus.
¶ Efficiens aūt phlegmatis causa est caliditas atte
nuata. ¶ Et eius materialis causa est quod de nu
trientibus est grossum humidum uiscosum ⁊ frigi
dum. ¶ Et eius causa formalis est decoctōis atte
nuatō. ¶ Et eius finalis causa est necessitas eius
¶ Et utilitas ipsius quas nominauimus
¶ Melancholie aūt hypostasiue quidem causa effi
ciēs est calor tempatus. Sed causa efficiens aduste
est caliditas que ab equalitate est egressa. ¶ Et
eius causa materialis est quod de nutrientibus est
uehementer grossum pauce humiditatis: ⁊ eorum
calidum est fortius illo. ¶ Et causa eius formalis
est fex hypostasiua ſm unum duorum mōrum: uñ
neqȝ labitur neqȝ resoluitur. ¶ Et eius causa finalˀ
est necessitas eius ⁊ iuuamentum ipius quod nomi
nauimus. ¶ Melancholia aūt fit multa: aut prop
ter caliditatem epatis: aut splenis debilitatem: aut
ꝑpter frigoris uehementiam cōgelantis: aut prop
ter cōstrictōis pseuerantiam: aut ꝑpter egritudi
nes que multe ⁊ ꝓlixe fuerūt. quare ꝑpter illd̄ hu
mores facti sunt cineres. ¶ Quūqȝ melancholia mľ
tiplicatur ⁊ inter stomachum ⁊ epar stat: sanguinis
⁊ bonorum humorum generatō cū ea minoratur:
ergo sanguis minuetur. ¶ Debes aūt scire q̄ ge
neratōis humoꝝ cause caliditas ⁊ frigiditas cū aliis
existunt causis. Sed caliditas equalis sanguineȝ ge
nerat. . Et superfluens choleram gignit rubeam. mľ
tūqȝ superflua melancholiam generat ꝑpter superflui
tatem adustionis ¶ Et frigiditas quideȝ phlegma ge
nerat. Et multum superflua generat melancholiam
ꝑpter superfluitatem cōgelatōis. ¶ Debes autem
attendere uirtutes passiuas cum uirtutū actiuaruȝ
equidistantia. Neqȝ oȝ ut sit credulitas q̄ omīs cō
plexio sibi generat simile: ⁊ non sui cōtrariū p acci
dens: licet non sit p eēntiam. ¶ Cōplexioni enim
multotiens accidit ut cōtrariū generet: frigida nāqȝ
cōplexio ⁊ sicca plerūqȝ generat humiditatem ex
traneam: non ꝑpter cōuenientiam: sed ꝑpter di
gestiue debilitatem. Et huiusmōi quidem cōplexi
onem hñs est homo macer: cuius iuncture sunt la
xe: ⁊ est lenis: ⁊ ipse est timorosus: ⁊ frigidus ta
ctu: ⁊ suauis. ⁊ uene anguste: ⁊ similatur huic qd̄
generatur senium de phlegmate: licȝ certa senii cō
plexio frigida sit ⁊ sicca. ¶ Debes aūt scire q̄ sā
guis ⁊ quod cum eo labitur tertiam habȝ in uenis

digestionē: ⁊ qum p membra diuiditur ut unūqđ suum recipiat nutrimentum hʒ digestionem quartam. Supfluitas igitur digestionis prime que est ī stomacho p intestinorū egreditur uiam. ⁊ secunde digestionis que fit in epe supfluitas plurimū cū urina egreditur. Quod aūt de ea remanet ad splenem ⁊ fel tendit. Duaruʒ uero digestionū remanentiuʒ supfluitates p resolutōem que non sentitur: ⁊ p sudorem: ⁊ p sorditiem extrinsecam egrediūtur. Cuius pars est quod p foramina egreditur sensibilia: sicut p nares: ⁊ instrumētum auditus. aut non sensibilia sicut p poros: aut extra naturam sicut p apa ta cū aperiūtur: aut quod nascitur ex additōibus ī corporibus: sicut pili ⁊ ungues. ¶ Debes aūt scīr q̄ si alicuius humores subtiles existunt: corū euacuatio eum debilitat: cui multum nocet in sui fortitudīne: suorum pororum amplitudo ppter qđ resolutōem sequitur debilitas. ⁊ q̄ humores subtiles ad euacuandum ⁊ resoluendū sunt faciles. Qđ aūt ad resoluendum ⁊ euacuandum est facile: spiritui facile associari potest in sua resolutōe: cū eo igit̄ resoluitur. ¶ Et debes scire q̄ quenadmodū hūores isti in suis generatōibus causas hn̄t: sic ⁊ in suis motibus hn̄t causas. ¶ Motus namq; ⁊ res calide sanguinem mouent ⁊ choleram rubeam: ⁊ fortasse mouebunt melancholiam: ⁊ fortem facient eam. ¶ Quies uero phlegma forte reddit ⁊ aliques melancholie spēs: ⁊ etiam ipsemet extimatōes mouēt humores. verbi gr̄a. sanguinem enim mouet res intueri rubeas: qua ppter phibemus illū ex cuius naribus sanguis fluit res splendorem hn̄tes rubeū aspicere. Et hec quidem dicimus de humoribus ⁊ corum generatōibus. ¶ Loqui uero contra ptervos ⁊ deuiantes debent sapientiarū opifices ⁊ non medici.

¶ Capitulum primum doctrine quinte. ad sciendum quid sit membrū ⁊ sue ptes.

Membra aūt sunt corpora que ex prima humorum generantur cōmistione: q̄nadmodum humores sunt corpora que ex prima ciborum generantur cōmistione sicut cibi sunt ex prima cōmistione generati elementorum. ¶ Membrorū aūt alia sunt que sunt simplicia: alia sunt que sunt cōpōita. Et simplicia q̄dem sunt quorum q̄cūq; sensibilem assumpseris ptem in nomie ⁊ diffinitōe erit toti cōicans: sicut caro in suis ptibus: ⁊ os in suis ptibus: ⁊ neruus ī suis ptibus ⁊ his similia. Ideoq; similiū uocantur ptium. ¶ Cōpōita uero sunt illa quorū q̄cūq; accepis ptem in nomine ⁊ diffinitōe toti cōicans non erit sicut manus ⁊ facies. Pars enim faciei non est facies neq; ps manus est manus: ⁊ uocantur membra instrumentalia: eo q̄ sunt aīe instrumenta ad cōplendum motus ⁊ opatōes. ¶ Primū membrorū similium est os: quod durum est creatum: quoniā ipm est corporis fundamentum ⁊ substentaculum motuum. ¶ Post ipm uero est cartilago que osse existit mollior. Ideoq; flecti pōt: sed est omibus aliis mēbris durior: cuius iuuamētū in creatōe fuit ut ossiū cum corporibus mollibus p ipam melior fieret cōtinuatō: ⁊ ut durum cum molli nō absq; medio cōponeretur: duro enim molle lederetur ⁊ p̄cipue in hora pcussionis ⁊ cōstrictōis si non eēt cōpō ordinata: sicut est in osse spatule ⁊ hippocondriorum: ⁊ ī ossibus costarum: ⁊ sicut est epiglotalis cartilago: ⁊ illud quod est sub torace: ⁊ ut p ipam etiam foret melior iuncturarum se adinuicem fricantiū uicinitas: ne sua duritie rūpentur: ⁊ etiam ut quʒ aliquis musculus se extendēdo ad aliqđ puenerit mēbroruʒ in quo os non existat: cui innitatur ⁊ a quo cōfortetur sicut palpebrarū musculi: ut sit ibi sustentaculum cordis eorum ⁊ defensio: ⁊ plerunq; etiam in multis locis est necesse rem aliquaʒ rei alicui inniti que non sit dura in ultimo sicut epigloti.

¶ Postea sunt nerui qui sunt corpora a cerebro orta aut a nucha: alba: ad flectendum mollia: ⁊ ad separandum dura ad hoc creati ut p eos membra sensum habeant ⁊ motum. ¶ Post neruos sunt corde que quidē sunt corpora que ab extremitatibus musculorum oriuntur ⁊ neruis similantur: ⁊ ad membra tendentes mobilia plerunq; sua retractōne retrahunt membra ppter musculi cōtractōnem ⁊ cōgregatōem: ⁊ ppter retrorsum reductōem: ⁊ q̄nʒ relaxant laxamento sui ppterea q̄ musculus dilatatur qum ad suum redit situm: aut supra mensuram quam eius hʒ longitudo: ⁊ supra dispōnem quā hʒ qū in suo naturali existit situ addit: sicut in quibusdam uidemus musculis: qui quidem s̄m plurimuʒ sunt cōpōiti ex neruis qui ad musculum tendūt: ⁊ ab altera pte egrediūtur ⁊ ex corporibus de q̄bus post cordarū relatōem tractabimus. Et hec quideʒ sunt que ligamenta uocantur: que etiam s̄m uisum ⁊ tactum neruosa existunt ⁊ ab ossibus uenientia ad musculum uadūt ⁊ fiunt fila ipa ⁊ nerui in eo: qđ ergo est sup̄ pteʒ musculi uocatur caro: ⁊ qđ ab eo sepatur ⁊ ad iuncturam uadit ⁊ membrū motū colligitur in seipo ⁊ pmutatur: corda. ¶ Post eas aūt sunt ligamenta que p̄diximus que etiam sunt corpa neruo similia quorū quedam sunt que absolute ligamenta uocantur ⁊ quedam sunt que nomine alabacab vel alchaab approprantur. illud uero qđ ad musculum extenditur non uocatur nisi ligamentuʒ Et illud qđ ad musculum non extenditur: sed tātū quod est inter duo extrema ossium iuncture cōtinuat: aut inter alia membra. Et vnam rem aliī firmiter annectit ppter qđ ligamentum uocatur: ⁊ q̄nʒ nomīe alabacab vel alchaab appropriatur. ligamētorū uero nullum sensum hn̄t ne ppter motū multum: ⁊ fricatōem doleret. Iuuamētum aūt ligamēti ex eo quod premissum est ppenditur. ¶ Et post ligamenta sunt arterie: que sunt corpa que a corde nascuntur cōcaua in longitudinem extensa neruosa ⁊ in sui substantia ligamentalia hn̄tia motiones dilatando se ⁊ cōstringendo que ex quietibus discernūt. Que quidē ad hoc fuerunt create ut cor euētetur: ⁊ fumosus vapor ab eo expellatur ⁊ spūs mēbris corporis distribuatur. ¶ Post sunt uene que arteriis similes existunt: sed sunt ab epate. Et sunt quiete. Que quidē fuerūt create ad hoc ut sanguis membris que sunt in corpore ptiatur. ¶ Deinde sunt panniculi qui sunt corpora de filis neruosis non sensu pceptis texta: quorū spissitudo tenuis existit dilatata aliorū corporum supficies coopientia ⁊ cōtinentia ea ppter iuuamēta. ex quibus est ut sumā

coꝝ ĩ sua figuã ⁊ factura custodiãt. Et ex eis ẽ ut ea
ab aliis corporibus suspendant ⁊ eis annectant me
diantibus neruo ⁊ ligamento: que fila facta fuerũt
ex quibus texti fuerũt sicut renes dorso. Et ex eis ẽ
ut membra ſm sui substantiam sensum nõ hñtia p
ip̃os habeant supficiem sui cẽtia sentientem: que
illud quod ei occurrit sentit: ⁊ accñtalr̃ sentit quod
in corpore accidit quod eis ĩuolutum est. Et hec q̇
dem membra sunt sicut pulmo: epar: splen: ⁊ rẽs
hec enim sua substantia nullo mõ sentiũt: sed neq̧
sentit illud quod in eis pcussionem facit nisi qđ de
panniculis sup ea existit. Qñq̧ in eis accidit uentus
aut ap̃a sentitur. Sed uentum sentit panniculus ac
cidentalr̃ ꝑpter extensionem que contingit in ipso
ap̃a uero sentit principium panniculi: ⁊ eius appen
sionem accñtalr̃. idq̧ membrũ ap̃atis grauitate la
xatur. ¶ Postea est caro que est locorũ uacuorum
impletio que in horũ membrorum situ in corpore
existunt ⁊ ip̃orum fortitudo qua sustẽtatur. ¶ In
uno quoq̧ uero membro est uirtus naturalis qua
ei res nutrimẽti cõpletur. ¶ Et hoc quidem est nu
trimẽtum attrahere ⁊ retinere ⁊ assimilare ⁊ unire
⁊ supfluitatem expellere. ¶ Et post hec quidẽ mẽ
bra diuersificantur. sunt enim eorũ quedã q̃ p̃ter
hanc virtutem insup aliam virtutẽ hñt que ab eis
ad aliud ꝓcedit. ⁊ quedam sunt eorum que hoc nõ
hñt: ⁊ alr̃ quedam eorũ sunt que p̃ter hanc uirtutẽ
insup virtutem hñt que eis ab alio influit: ⁊ sũt eo
rũ quedã que nõ. ¶ Qũ ergo cõpõ fiet sequet̃ ꝙ ẽ
mẽbꝝ suscipiẽs ⁊ tribuẽs. ⁊ mẽbꝝ tribuẽs ⁊ ñ susci
piens: ⁊ membrũ suscipiens ⁊ nõ tribuens: ⁊ mem
brũ neq̧ tribuẽs neq̧ suscipiẽs. ¶ De membri aũt
tribuentis ⁊ suscipientis inuentõe non dubitamus
In cerebro nanq̧ ⁊ ep̃e omnes conuenerũt medici
quod vnũqđq̧ eorũ virtutem vite suscipit ⁊ calo
rem naturalem ⁊ spũm a corde ⁊ unũqđq̧ eorum
principiũ habet virtutis quam aliis tribuit. Sed
cerebrũ quidem p̃bet sensum ſm quosdam absolu
te: ⁊ ſm quosdam non absolute: ⁊ epar est princi
piũ nutrimenti ſm quosdam absolute: ⁊ ſm quosđ
non absolute. ¶ De membri aũt suscipientis ⁊ nõ
tribuentis ĩuentõe non dubitamus sicut caro ẽ que
sentiendi virtutem ⁊ uite suscipit: ⁊ nõ est alicuius
virtutis principium: quã alii ullo mõ tribuat.
¶ De aliis uero duabus diuisionis ptibus in una ea
rum medici a magno philosophoꝝ diuersificati sũt
¶ Philosophorũ nanq̧ magnus dixit ꝙ membrũ
tribuens ⁊ non recipiẽs est cor ip̃m enim est omni
um virtutum prima radix ⁊ omnibus aliis mẽbris
suas tribuit virtutes quibus nutriuntur ⁊ viuunt
⁊ quibus cõprehendunt ⁊ quibus mouent. ¶ Me
dici aũt ⁊ quidam primorũ philosophorũ has vir
tutes in membris ptiti sunt: ⁊ nõ dixerũt ꝙ sit mẽ
brum tribuens ⁊ nõ suscipiẽs. ¶ Et philosophi q̇
dem ſmo quĩ subtiliter certificatur est ueracior.
Sed medicorum ſmo in primis quĩ attenditur est
magis manifestus. ¶ Postea in alia diuisionis pte
diuersificati sunt medici inter se ⁊ philosophi inter
se una enim secta dixit: ꝙ ossa ⁊ caro nõ sententia
⁊ eorũ similia nõ pdurãt nisi p virtutes ꝓprias q̃
sũt in eis que ñ ab aliis pricipiis eis influxerũt. Sꝫ
p illas virtutes qum nutrimentum eis transmittit
sibi sufficiunt: ⁊ neq̧ ip̃a alii rei virtutem tribuũt
neq̧ ẽt aliud membrum eis aliam tribuit virtutẽ
¶ Alia uero secta dixit ꝙ virtutes iste nõ sunt eis
ꝓprie: sed ab ep̃e ⁊ corde in generatõis principio
eis influxerũt: ⁊ in eis quiete pmanserũt. ¶ Me
dico tamen nõ attinet ut in sequendo demonstratiã
ꝓcedat argumentatõe. unde de his duabus diuer
sitatibus ad veritatẽ exitus ꝑueniat: neq̧ patet ei
semita ad hoc inq̃tum est medicus. neq̧ hoc ip̃m ĩ
aliqua suarũ pscrutatõnum ⁊ suarum actionũ impe
dit. ¶ Debet aũt scire ⁊ credere in diuersitate pri
ma quod nõ est ei curandum: utrum cor sit princi
pium sentiendi ⁊ motionis cerebro: ⁊ virtutis nu
trientis epati aut nõ sit. Cerebrũ nanq̧ siue p se siũ
post cor habeat: pricipium aĩalium actionũ existit
cõpatõe aliorum membrorũ. ¶ Et epar similiter
actionũ naturaliũ nutrientium principiũ existit alio
rũ membrorũ cõpatõe. Et de alia quidem diuersi
tate debet scire ⁊ credere ꝙ nõ est ei curandũ utrũ
virtus naturalis in tali quale est os in principio ge
neratõis ab ep̃e uenerit: aut eam ꝑ suamet cõple
xione meretur aut nihil sit eorũ. ¶ Sed dꝫ crede
re ꝙ hec uirtus ad ip̃m nõ ꝓfluit nisi ab ep̃e: nam
si inter ea uia clauderetur ⁊ os nutrimentũ aptũ ha
beret eius actio destrueretur quenadmodũ fit ĩ sen
su ⁊ motu: qum neruus qui ꝑuenit a cerebro strin
gitur. virtus uero illa ossi naturalis facta est dum
eius pmanserit cõplexio. ¶ Et tunc quidem expla
nabitur ei diuisionis habitudo. ⁊ videbit membra
principalia que sunt: ⁊ membra principalibus deſ
uientia: ⁊ membra nõ principalia absq̧ ſuitio.
¶ Membra uero principalia sunt membra que priã
rum virtutum que in corpe existũt que ad hoc sũt
necessarie ut singulare aut spẽs pdurẽt pricipia hñt
Secũdũ uero singularis durabilitatem sunt tria pri
cipia. ¶ Cor quidem est principiũ virtutis vite.
⁊ cerebrũ quidem est principiũ virtutis sentiẽdi ⁊
mouendi. ⁊ epar quidẽ est principiũ nutriẽdi. Sed
ſm spẽi durabilitatem sunt principalia hec tria: ⁊
etiam aliud quartum quod spẽi existit ꝓpriũ ⁊ sũt
testiculi qui vni rei sunt necessarii: ⁊ ad rem aliam
iuuatiui. ¶ Necessitas uero est ad spma generãdũ
quod genelogiam cõſuat. Iuuamentum uero ẽ ad
hoc ut cõplementũ forme detur: ⁊ cõplexio mascu
lina ⁊ feminina cõſuet̃: que spẽbus aĩalis accidẽtia
sunt insepabilia: ⁊ nec sunt ex rebus in aĩmalitatis
cẽntiam ingredientibus. ¶ Membrorũ uero deſuiẽ
tium alia sunt que ſuitute deſuiũt p̃paratoria alia
que ſuiunt ſuitute latoria. Et p̃paratoria quidẽ ſui
tus uocatur vtilitas. latoria uero seruitus absolute
uocatur. ¶ Seruitus aũt p̃paratoria est anteq̃ pri
cipale opet̃. ⁊ latoria ſuitus: postq̃ principale opat̃
¶ Cordis uero ſuiens p̃parator ẽ sicut pulmo. ⁊ eius
ſuiens lator est sicut arterie. ¶ Cerebri uero ſui
ens p̃parator est sicut epar. ⁊ alia nutrimenti mem
bra ⁊ custodie spũs. ⁊ lator est sicut nerui. ¶ Ep̃is
uero p̃parator ſuiens est sicut stomachus. ⁊ lator ẽ
sicut vene. ¶ Et testiculorũ quidẽ ſuiẽs p̃parator
sunt sicut membra que anteq̃ ip̃i generant spma.
Sed eorũ ſuiens lator est virga in viris: ⁊ uene q̃
sunt inter eos ⁊ ip̃am: ⁊ in mulieribus similr̃ sunt
uene q̃ spma ad locũ cõceptõnis ĩpellũt ⁊ mulieres
insup hñt matricem p quam spmatis cõplentur uti
litas. ¶ Gal. aũt dixit ꝙ membrorũ alia sunt que

opatõem tantum efficere hñt. alia que iuuamẽtum tantũ. ⁊ alia sunt que opatõem ⁊ iuuamentũ hñt. primum est sicut cor. secũdũ est sicut pulmo. tertium sicut epar. ¶ Dico aũt q̄ p opatõem oȝ intelligi illud quod cum re solũmõ opatõnum in vita singularis ingredientiũ cõpletur: aut in spetiei permanentia sicut cor in generatõe spũs. ¶ Et p iuuamentum oȝ intelligi illud quod p̄paratur ad alterius membri opatõem suscipiendaȝ: ⁊ tunc erit opõ cõpleta ad dandam singulari vitam aut spẽi pmanẽtiam: quenadmodũ pulmo aerem p̄parat. Ipm uero epar fam suam pficit primo digestionẽ. ⁊ digestioni tertie ⁊ quarte apparatũ p̄stat. ergo inq̄ptũ digestionem fam adeo pfectam efficit quoad sanguis ad ipmmet nutriendũ sit bonus actionẽ opatus est. ¶ Et inq̄ptum opatõem efficit que in alia expectata opatõe auxiliatur iuuamẽtum efficit.

¶ Et etiam denuo dicemus q̄ membrorũ alia sunt q̄ generantur ex spmate que sunt similium ptiuȝ mẽbra p̄ter carnem ⁊ adipem. ⁊ alia sunt que ex sanguine generantur sicut adeps ⁊ caro. quod eniȝ est p̄ter hec duo ex duobus generatur spmatibus masculorũ spmate ⁊ spmate mulierũ. ¶ Sed fm smonem eius qui de sapientibus uerificauit: de spmate masculi generatur sicut generatur caseus de coagulo: ⁊ de spmate mulieris generatur sicut caseus generatur de lacte. Et sicut principiũ coagulatõnis est in coagulo: ita principium coagulatõis forme ẽ in spmate viri. ¶ Et sicut principiũ coagulatõis ẽ in lacte: ita principium coagulatõis forme .s. virtutis patientis est in spmate mulieris. Et quenadmodum unũq̄dq̄ȝ duorũ coaguli vȝ ⁊ lactis est ps substantie casei qui fit ex eis: ita unũq̄dq̄ȝ duorum spmatũ est ps substantie embrionis: hoc aũt uerbũ nõ parum immo multũ verbis Gal. est cõtrariuȝ. Sibi nanq̄ȝ videtur q̄ cuiq̄ȝ duorũ spmatũ inest v̄tus coagulatiã ⁊ virtus coagulatõnem suscipiens: ⁊ pp̄ter hoc nõ se phibet quin dicat q̄ virtus coagulatiua in masculis est fortior ⁊ virtus coagulatõem suscipiens est fortior in femis. ¶ Qualr̄ aũt smo in hoc certificetur inuenitur in nostris libris q̄ sunt de sapientiis radicalibus. ¶ Postea uero sanguis qui in tempore mẽstruorũ a muliere sepabatur fit nutrimentum. ¶ Sed alia ps eius est que in similitudinem cõuertitur substantie spmatis ⁊ membrorum que ex eo generantur: ⁊ erit nutrimentuȝ augmentans ipm. Alia ps eius est que nõ nutrimẽtuȝ fit adhuc sed est cõueniens ut coaguletur ad iplenda loca membrorum primorum uacua ⁊ fit caro ⁊ adeps. ¶ Et alia ps eius est supfluitas que nulli harum duarũ rerum est bona ⁊ remanet vsq̄ȝ ad horã ptus quã utpote natã supfluam expellit. Quũq̄ȝ infans pturitur sanguis quem ipsius epar generat huius sanguinis vices supplȝ ⁊ generatur ex eo q̄d ab illo sanguine generabatur. ¶ Et caro quidẽ ex sanguine generatur spisso quem caliditas ⁊ siccitas coagulant. adeps uero ex eius aquositate ⁊ vnctuositate generatur quam fritas coagulat: ideoq̄ȝ ipsam caliditas resolui t. ¶ Membra aũt que ex spermate sunt creata qum solonem cõtinuitatis patiũtur certa cõtinuitate non restaurantur nisi pauca ex eis ⁊ i paucis hitudinibus ⁊ in etate pueritie: sicut ossa ⁊ rami uenarũ parui: nõ enim magni neq̄ȝ arteriarũ ¶ Quũ enim aliqua eorũ pars seiungitur nihil loco eius nascitur. Et hec quidem sunt sicut ossa ⁊ nerui ¶ Illa uero que ex sanguine sunt creata renascunt post perditõem suam ⁊ cõtinuantur tali substantia qualis sunt ipa sicut caro. ¶ Et illud quidem q̄d ẽ creatum ex sanguine in quo adhuc virtus existit spmatis dum nõdum inter ipm ⁊ sperma tempus intercessit nisi paruũ: illud membrum qñ tollitur iteruȝ nasci põt sicut dentes in etate pueritie. ¶ Quũ aũt sanguis ad aliam cõuersus fuerit cõplexionẽ nõ iterum renascetur. ¶ Et dicemus ẽt q̄ membrorũ sentientium mobilium plerũq̄ȝ motus ⁊ sensus silr̄ principium est unus neruus: ⁊ plerũq̄ȝ separantur: ⁊ erit principium cuiusq̄ȝ virtutis neruus. ¶ Et ẽt dicemus q̄ oĩum interiorum que panniculis sunt inuoluta: pãniculus ex vno pãniculorum pectus: aut uentrem cooperientium nascitur. Sed eorum que in pectore sunt panniculorum origo sicut diaphragmatis ⁊ uenarum ⁊ arteriarum ⁊ pulmonis est ex panniculo interiore qui costas tegit ⁊ membrorum quidem ⁊ venarũ que sunt in ventre panniculi oriuntur ex siphac qui interius ventris cooperit musculos. ¶ Omnia quoq̄ȝ membra carnosa sunt aut vilosa sicut caro que est in musculis: aut uilis carẽtia sicut epar. Et nullus quidem motus fit nisi per villos. ¶ Uolũtarius uero motus fit causa villorũ q̄ sunt in musculis. Et nãlis sicut motus matricis ⁊ venarum. ¶ Et cõpõitus sicut motus transglutiẽdi fit villis pprĩis per formam ex situ longitudĩs ⁊ latitudinis ⁊ transuersionis. ¶ Attractioni uero sunt villi qui in longitudinem ptendũtur ⁊ expulsioni villi qui in latitudinem tendũt: cõstringẽtes ⁊ retentorii villi qui ex transuerso uadũt. ¶ Mẽbrorũ aũt que vnam hñt tunicam sicut venarum ⁊ vesice tres villorũ spẽs ad inuicem sunt texte. Et membrorũ que sunt duas habentia tunicas villi q̄ in latitudinem tendũt semper in extrinseca existunt eorum tunica ⁊ alii duo in tunica eorũ intrinseca. ¶ Illi tamen qui in longitudine ptenduntur ad superficiem magis declinãt extrinsecã. Qui talr̄ non creati fuerũt nisi ne attrahendi ⁊ expellendi villi simul existant: immo melius est ut villi attrahendi ⁊ retinendi sunt simul nisi in ĩtestinis nõ enĩ multa indigent retentõe sed attractõe ⁊ expulsione. ¶ Et dicemus etiam q̄ membrorũ neruosorũ corpora a sui substantia aliena cõtinentium. alia sunt que unã hñt tunicam ⁊ alia que duas. Que aũt duabus cõsistunt tunicis nõ talr̄ creata fuerũt nisi pp̄ter iuuamenta multa. ¶ Quorum unũ est multa necessitas mlte custodie fortitudinis sue corporeitatis ne findantur causa fortitudinis motus eius quod cõtinet in eis sicut arterie. ¶ Secũdum est multa necessitas multe custodie in re corporis quod in eis est reconditum ne resoluatur ⁊ egrediatur. ¶ Resolutõis uero timor pueniṫ causa sue raritatis si vnam haberẽt tunicam. ¶ Et exitus timor ẽ ideo q̄ pp̄ter hoc etiam ad scindendum eẽnt apte ⁊ hoc quidẽ corpus q̄d in eis est reconditum est sicut spũs ⁊ sanguis qui in arteriis sunt recõditi in quorũ custodia ualde est studenduȝ ⁊ de quibus timetur ne p nihilo recedant. ¶ Spũs quidem pp̄ter resolutõnem

⁊ sanguis quidem ꝓpter fissuram. Ex hoc naꝫ maximum timetur malum. ¶ Tertium est quoniam quum alicui membro fuerit necessarium ut sit ipsius attractio ⁊ expulsio motu vehementi factum ē unicuiqꝫ earum singulariter instrumentū sine pmistione ⁊ hoc est sicut stomachus ⁊ intestina. ¶ Quartū est quoniā quū voluntas fuerit ut unaq̄qꝫ membri tunica operatōi q̄ est ei ꝓpria sit p̄parata: ⁊ unaq̄ꝫ duarū opatōnum acciderit ꝓpter cōplexionem ab alterius opatōis cōplexione diuersam fuit melius ī ter eas diuidere: sicut stomachus in quo fuit uoluntas sentiendi virtutem eē: quod quidem non fit nisi in membro neruoso ⁊ digerendi quod similiter nō fit nisi p membrū carnosum. ¶ Unicuiqꝫ igitur harum duarum rerum tunicam posuerūt p se tunicam neruosam virtuti sentiendi ⁊ tunicam carnosā digestioni. Et natura quidem intrinsecam tunicam fecit neruosam ⁊ extrinsecam carnosam. ¶ Potest naqꝫ digerentis opo ad id quod digestum est in potentia sine occursu puenire. Sentiens uero id q̄d sentitur nō potest sentire nisi obuiando ei sensu vꝫ tactus. ¶ Et dicemus etiam q̄ sunt quedam membra quorū cōplexio sanguini est ꝓpinqua nō: ergo indiget sanguis in eorum nutrimēto multotiēs conuerti sicut carnis: quapꝓpter in eam neqꝫ foramina facta fuerunt neqꝫ ventriculi in quibus aliq̄nto tpe nutrimentum quod ei digeritur īmoretur: ⁊ deinde caro ex eo nutriatur: immo illico quum ei nutrimentum occurrit in ipsam cōuertitur. Et sunt ex membris quedam quorū cōplexio a sanguinis complexione ualde est remota. ¶ Ideoqꝫ quum necesse fuerit sanguinem ea nutrire oportebit ut in similitudinem substantie eorū multis cōuersionibus ordinatim cōuertatur sicut os. ¶ Quapꝓpter in creatōe ante vnum positum fuit foramē quod eorū nutrimento tanto cōtineat tpe q̄nto illud in eius similitudinem cōuertatur sicut in osse cruris ⁊ adiutorij aut foramina multa in ipsis diuisa sicut in osse mandibule inferioris. ¶ Et membris quidem que sic sunt necesse est ut nutrimēto ampliori q̄ eis tūc sit necesse repleantur: ut paulatim ⁊ paulatim ꝓcedat illud in sui similitudinem cōuertendo. ¶ Mēbra aūt fortia supfluitates suas ad membra debilia sibi uicina expellūt sicut cor ad ascellas: ⁊ cerebrum ad loca que sunt post auriculas ⁊ epar ad inguina.

¶ Capitulū primum summe prime doctrine quinte ⁊ est s̄mo uniuersalis de ossibus ⁊ iuncturis.

Dicemus q̄ ossiū que sunt in corpore: alia sunt que sunt sicut fundamētū quoniā sup ea est corpus fabricatum sicut spondiles dorsi. Spondiles nanqꝫ ille corporis sunt fūdamētum sup quas ipsum fabricatū est quenadmodū nauis sup lignum fabricatur q̄d in ea primū ponit. ¶ Et alia sunt que sunt in corpore sicut clipeus ad tuēdum sicut os cranei. Et alia sunt que sūt sicut arma quibus bellatores impediētes repellūtur sicut ossa q̄ uocantur simenia ⁊ sunt ossa que sūt sup spōdiles dorsi sicut spine. Et alia sunt quibus iuncturarū uacuitates replentur. sicut ossa sisamia que inter ossa digitorū existunt. Et sunt alia que sunt ad corpora suspēdenda que suspensione īdigent sicut os laude assimilatum quod est musculi gutturis lingue ⁊ aliorum suspensorium. ¶ Omnia aūt ossa corporis sustentaculum sunt ⁊ erectio. Et ossa quidē que ad sustentandum tantum sunt. aut defendendum ⁊ ad membra mouēda necessaria nō existūt solida facta fuerūt. lꝫ sint in eis vacuitates ⁊ foramīa pua ⁊ pori qui fuerūt necesse in eis esse. Eorum uero q̄ ꝓpter motum etiam necessaria fuerūt in quātite cōcauitatis augmentum factum fuit ⁊ ipsorum concauitas in medio eorum pōita fuit ⁊ vna: ne corpus eius receptaculis nutrimenti puis ⁊ sepatis indigeret quoniam lapsum inde fieret immo durum factum est eius corpus ⁊ ipsius nutrimentum quod ē medulla in eius interiore est aggregatum: iuuamētum igitur additōis cōcauitatis intrinsece est ut sit leuē. ¶ Et iuuamentum vnitatis cōcauitatis intrīsece est ut sit corpus ipsius durius. Et duritiei sui corporis iuuamentū est ne in hora fortissimorū motuum rūpatur. Et iuuamentū medulle que est ī eo est ut nutriat ipm sicut ante declarauimus: ⁊ ut ipꝫ semp mollificet ne frangatur: ideo q̄ motus ipsum exiccat ⁊ ut sit ventrem hñs ⁊ forte ⁊ solidum.

¶ Cōcauitas vero est minor quum firmitudo magis ē necessaria. Et est maior quum plus necessaria est leuitas. ¶ Ossa aūt porosa facta fuerūt sicci nutrimenti quod nominauimus causa: ⁊ ꝓpter additionē necessitatis: causa rei alicuius que necesse est ut in ea penetret sicut odor qui cum aere attrahitur in osse collatorio simili: ⁊ cerebri supfluitates que p ipm expellūtur. ¶ Omnia vero ossa uicina sunt ⁊ cōiūcta neqꝫ inter aliquod os ⁊ os quod ipm sequit̄ magnum existit spatiū. ¶ Inter aliqua tamen eorum inuenitur spatiū puū quod cartilaginosa īplent laguabic aut cartilaginibus similia que ꝓpter iuuamētum creata fuerunt ꝓpter quod ⁊ cartilagines.

¶ Et vbi quidem de iuuamēto illo nō est curandum iunctura inter ea sine laguabicata facta fuit sicut in mandibula inferiori. ¶ Uicinitates vero que inter ossa existunt multis sunt modis. Sūt enim ossa quorum vicinitas est vicinitas iuncture laxe. Et sunt alia quorū vicinitas est vicinitas iuncture nō laxe nꝫ multū stricte: ⁊ sūt alia quoꝝ vicītas iūctur̄ multū stricte est vicinitas fixe aut almodrusu: aut mulsabac. Et iunctura quidem laxa est cuius vnū ossiū suorū suis motibus facile potest moueri ita q̄ os ñ moueatur sicut est iunctura rasete cū asseid. ¶ Et iunctura dura nō valde stricta est illa cuius vnius ossium motus p se nō est facilis neqꝫ est nisi quiddā modicū sicut iunctura que est inter rasetam ⁊ pectinem: aut iunctura que inter duo ossa pectinis. Iunctura uero valde stricta est illa cuius nullum ossiuꝫ ullo modo moueri pōt sicut iunctura toracis. Et fixa quidem est cuius vnum ossiū hꝫ additamentum ⁊ aliud hꝫ foramen in quo figitur illud additamētū fixione in qua nō mouetur sicut dentes in suis originibus ⁊ almodrus quidē est cuius vnūq̄dqꝫ ossiū hꝫ vacuitates ⁊ dentes sicut serra: ⁊ dentes vnius taliter sunt preparati q̄ alterius ossis vacuitates ingrediuntur quenadmodū erarij eris tabulas cōponūt: ⁊ hec quideꝫ iunctura uocatur seren sceu adorez: sicut sunt iuncture ossiū cranei. ¶ Et mulsabac quidem alia est que in longitudine est cōnexa sicut iunctura que est inter duo ossa asseid: alia est que i

latitudine cõtinuatur sicut iũcture spõdiliũ iferio ꝛ ex spondilibus dorsi. Earum enim que supius sũt iũcture nõ valde sunt stricte.

¶ Capitulum secundum de anatomia cranei.

ris nocumentum acciderit figere erit facile: sꝫ mo
ueri difficile.

¶ Capitulum vigesimum septimum de anatomia os
sium coxe.

P Rimum ex ossibus rigil est coxa. Et ipsū
quidem est os maius quod in corpore
existit quia ipsūꝫ est deferens illud quod
est supra ipsum et mutans illud quod est sub ipso.
Cuius superior extremitas fuit facta rotunda vt i-
pixidem anche bene ingrederetur. ¶ Et ipsūꝫ qđ
est gibbosum ad partem siluestrem: ⁊ curuatum
ad partem domesticam: ⁊ ad posteriora. Si enim
ipsum foret positum secundū rectitudinem et pixi
dis equidistantiam accideret inde aliquis claudica-
tionis motus: ꝙadmodū accidit ei cuius talis ē crea
tio: neque bene defēderet musculos magnos ⁊ ner
uos ⁊ venas: neqꝫ ex hoc toto recta res generaret
neqꝫ sedendi forma esset bona. Amplius si curuum
ad partem domesticam nō fuissꝫ reductum ꝑueni-
ret idē alterius modi claudicatio neqꝫ statio illi me
dia foret: ⁊ fieret ei cōmunis declinatio neqꝫ esset e
qualis. Et in ipsius extremitate inferiori sunt addi
tamenta duo ꝓpter poplitis iuncturam. ¶ Nos ta
mē prius de crure ⁊ postea de iūctura loqmur.

¶ Capitulum vigesimumoctauum de anatomia ossiū
cruris.

C Rus est ꝙadmodū aseid ex duobus ossi
bus compositum. Unum est maius ⁊ lō
gius ⁊ ipsum est domesticum ⁊ vocatur
cāna magna. Et aliud est minus ⁊ breuius: non enī
peruenit vsqꝫ ad coxam īmo ab ea breuiatur: infe
rius tamen peruenit ad locum ad quem protendit̄
maius ⁊ vocatur cāna minor. ¶ Crus etiaꝫ habet
gibbositatem ad partem siluestrem. postea apud
extremitatem inferiorem habet gibbositatem aliaꝫ
ad partem domesticam ppea vt per eaꝫ melior sit
statio: ⁊ canna quidem maior equatur que pro
certo est crus: ⁊ minor creata fuit ꝙ coxa: ⁊ illud ē
ppea ꝙ adiuncte fuerunt res pp quas ei in magnitu
dine fuit addendum. ⁊ hoc est figere ⁊ deferre qđ
est supra ipsum. Et res pp quam fuit addendum ei
in paruitate est facilitas ad motum. Et res secunda
magis conueniens fuit intentioni pro qua fuit factū
crus minus: ⁊ res prima intentioni pro qua fuit fa-
cta coxa maior. ¶ Duo autem cruris ossa sūt quā
titas temperata adeo ꝙ si vnum os adderetur acci
deret de debilitate ⁊ duritie motus illud quod acci
dit habenti elephantiam ⁊ varices. Et si vnum mi
nueretur accideret de debilitate ⁊ duritie motus ⁊
de in potentia deferendi illud quod est supra ipm
illud quod accidit crura habētibus de natura subti
lia. ⁊ pp hoc totum sustentatum fuit ⁊ fortius factū
est cum canna minore. ¶ In canna ꝑterea minore
alia existunt iuuamenta sicut neruos ⁊ venas ⁊ que
sunt inter eas cooperire: ⁊ cōmunitas cāne mino
ris in iunctura pedis: vt velox et fortis fiat iunctu
ra dilatationis ⁊ tortionis.

¶ Capitulum vigesimumnonū de anatomia poplitis

I Unctura poplitis ꝑuenit pp ingressuꝫ duo
rum additamentorum que sunt super ex
tremitatē coxe in duas vacuitates que sūt
in capite ossis cruris: que firmata fuit ligamento
cingente ⁊ alio ligamento in profundum tendente

⁊ duobus ligamentis fortibus a duabus partibus cuius quidem pars anterior bene facta fuit cū rasga i. patella hoc est oculo poplitis ⁊ ē os ad rotūditatē trahens. ¶ Cuius iuuamentum est refrenare illud quod timetur qum est necesse super digitos pedū curuatum stare ⁊ suspensum sedere ex ruptura ⁊ dislocatione. Et iunctura quidem laboriosa sustentata fuit ppea ꝙ suo motu defert corpus: ⁊ positus fuit locus eius ad anteriora quoniam plurimū qđ ei accidit de labore inclinationis est ad anteriora. n̄ enim habet ad posteriora inclinationeꝫ laboriosā: ad duas tamen partes rem modicam declinationis habet. Tota vero eius declinatio est ad anteriora ⁊ accidit ei ibi labor in hora incedendi ⁊ standi sup digitos pedis qum aliquis quasi suspensus curuus stat et horum similium.

¶ Capitulum trigesimum de anatomia pedis.

PEs creatus fuit vt sit instrumentum figēdi ⁊ facta fuit figura eius ad anteriora vt figura longa vt in stando ⁊ in appodiando super ipsum auxilium p̄beat cui in parte domestica tenuitas creata fuit vt sit pedis declinatio ī hora standi: ⁊ pprie vacilanti ad partem contrariā parti pedis eleuati: quatenus refrenet illud quod oportet cōstringi ex nixu super partem bene eleuandi pedem eleuatum ⁊ vt statio sit temperata: ⁊ etiam vt sit facile calcare super res exeūtes ⁊ absq3 magno dolore ⁊ vt pes bene circundet illud qđ gradibus ⁊ extremitatibus eorum per que fit ascēsio similatur. ¶ Et pes quidem ex multis ossibus creatus fuit pp iuuamēta ex quibus est vt bene retineat ⁊ circundet illud super quod incedit ex terra qum necesse fuerit. Pes nanq3 plerunq3 tenet illud super quod incedit q̄admodum manus retinet illđ quod recipit ⁊ qum tenens p̄paratur vt moueat suis partibus ad aliq̄ formam vt per eum retentio fiat melior erit melius q̄ vt totum sit vnum frustum: ne figura post figuram figuretur. ¶ Et ex eis est iuuamentum toti cōmune cuius ossa sunt mlta. ¶ Pedis vero ossa sunt vigitisex. Cahab per qđ iunctura pedis cū crure completur. Et calcaneus quod est sustentamentū fixionis. Et nauiculare per quod est tenuitas. Et quattuor ossa rasete cum qb3 pecten continuatur. quorum vnum est os grandinosuꝫ exagono simile positum ad partem siluestrē pp quod pars illa super terram bene figit. Et quinq3 pectinis ossa: Alcahab vero humanuꝫ magis subtiliatum est ad exteriora ⁊ magis ingrossatum ad īteriora q̄ alcahab omnium alioꝝ animalium: ⁊ ip3 est quasi nobilius ossibus pedis in motu iuuantibus sicut calcaneus est nobilius ossibus pedis in figendo adiuuantibus ¶ Et alcahab quidem inter duo extrema positum est a duabus cannis egredientia ip3 a suispartibus circundantia. s. a supremo ipsius ⁊ a suo loco ⁊ a duabus suis partibus siluestri ⁊ domestica: ⁊ eius duo extrema in duas vacuitates q̄ sunt in cannis fixe ingrediuntur. Alcahab p̄terea inter crus ⁊ calcaneum medium existit: per ipsum enim melius continuatur ⁊ iunctura inter ea firmatᷓ ⁊ secura fit a dislocatione: ⁊ ipsum quidem pcerto in medio est positum: licet existiment quidā ꝙ ad domesticam sit declināś pp concauitatis tenuitatē.

Ad alcahab vero os nauiculare ab anterioribus cōiunctionaliter ligatur. ¶ Et hoc quidem nauiculare cum calcaneo posterius continuatur: ⁊ anterius cū tribus ossibus rasete ā parte siluestri. ¶ Os vero grandinosum est illud quod Gunaius vocat os solitarium: ⁊ si volueris pones quartum ossium rasete. ¶ Calcaneus autem sub alcahab positus est durus rotundus ad posteriora vt percussionib3 ⁊ nocumentis resistere valeat ⁊ inferius lenificatus vt melius calcet et pes melius cooperiat illud sup qđ quiescit qum stat: cuius quantitas magna facta fuit vt corpus portare queat: ⁊ fuit factus triāgulatꝰ ad longitudinem: et subtiliando paulatim ptenditᷓ donec finiatur et annihiletur coram tenuitate ad ptem siluestrem: ideo vt subtilitatis concauitas sit ordinata superius ad suum mediuꝫ. ¶ Raseta vero a palme raseta ē diuersa quoniam hec est vna acies ⁊ illa due acies: ⁊ quia eius ossa sunt numeri multum minoris: ⁊ in hoc quidem iuuamentuꝫ existit: quoniam in palma motus fit plus necessarius ⁊ comprehensio q̄ in pede: ⁊ maius iuuamentuꝫ qđ in pede consistit est figere. ¶ Multiplicare autem diuisiones ⁊ iuncturas in retinendo nocet et in cooperiendo illud super quod stat: ppea ꝙ puenit inde laxitas ⁊ aptio multa quenadmodum si nulla foret ibi laxitas noceret: ppea ꝙ dilatatio equalis q̄ est conueniens deesset. ¶ Jam enim scituꝫ fuit ꝙ circundare ⁊ retinere cum eo quod est numeri maioris est melius et bene stare ⁊ bene posse deferre cum eo quod est numeri minoris ⁊ maioris quantitatis est melius. ¶ Pedis vero pecten de quinq3 ossibus fuit creatum vt cum vno quoq3 ipoꝝ quisq3 digitorum qui sunt quinq3 constituti in vna acie continuetur: quoniam in eis fuit plus firmitudo necessaria q̄ comprehensio ⁊ circundatio quod in ossibus manus fuit necessarium. ¶ Quisq3 autez digitus p̄ter pollicem ex tribus consistit ossibus. Jam de ossibus locuti fuimus q̄tuꝫ sufficit. Et hec quidem ossa qum computata fuerīt erunt ducenta ⁊ quadragintaocto: p̄ter sisamina ⁊ preter os quod laude littere grece similatur.

¶ Capitulum primum summe secunde doctrine quinte: ⁊ est verbum vniuersale de neruis musculis cordis ⁊ ligamētis.

QUoniam motus voluntarius membris n̄ completur nisi virtute a cerebro eis mediantibus neruis adueniente: ⁊ neq3 erat cōueniēs vt nerui ossibus continuarētur que pcerto sunt membrorum nobilium radices in motu pp intentionem primam. quia ossa sunt dura ⁊ nerui sunt subtiles ppea misericorditer egit deus ⁊ ex ossibus rem neruo similem extraxit que connexio ⁊ ligamentū vocatur: ⁊ ipsaꝫ neruo adiunxit et ex eis rete faciendo quasi rem vnam efficit. ¶ Et ppea ꝙ corpus quod ex neruo ⁊ ligamento componitur prorsus fuit subtile: quoniam corporis nerui augmentum qum ad membrum puenit non est tantū ꝙ ab ipsius corpore ⁊ grossitie qum est in sui ortu remoueatur tanta longinquitate de qua sit curandū qum neruus non consequatur augmentum faciēs adipisci corpus eius pueniens ad membra consecutionem longinquam super corpus suum iuortu suo ⁊ sua grossitie consecutionem de qua sit curandum.

Et eius corpus qum est eius ortus est tātum quā tum ipsum cerebri corpus et nucha et capitis cōcauitas: et neruoꝝ egressiōes tollerare possunt. tunc enī si neruus mēbrorum motus affirmaretur ipsis in sua corporeitate possibili existentibus. et ꝓpt ic qum diuiduntur: et partiuntur et ramificantur in mēbris. et fit illud quod ex eis vni accidit mēbro multo subtilius ꝙ radix. et qum a suo principio et ortu elōgatur: esset in hoc corruptio manifesta. Sua igitur sapiētia deus ipsuꝫ gubernauit. grossitiem ei attribuendo: que prouenit ꝑꝑ corpis ex eis et ligamēto cōpositi villoruꝫ confusionem. quorū vacuitates carne impleuit: et hoc ipsuꝫ panniculo texit: et ī ipsius medio ꝑpendicularem sicut megar de substantia nerui posuit. ¶ Et huius summa facta est mēbꝝ ex neruo et ligamēto et eorum villis et carne implēte: et pāniculo coopeриēte cōpositum. et hoc q̇dem mēbrum est musculus: ⁊ ipsum est qui qū colligit trahit cordam que ex ligamento et neruo componitur illa .s. que ab eis ad membri partem transit et colligitur ad membrum attrahendum et quꝫ dilatatur laxatur corda et elōgatur membrum.

¶ Capitulum secundum de anatomia musculorū mouentium qui sunt in facie.

Ex eo quod scitur est ꝙ musculi faciei sūt sꝫ numeꝝ memborū mobiliū que sunt ī facie. mēbra aūt mobilia q̄ sūt ī facie sūt frons: et oculi: et palpebre superiores: et maxylla in cōmunitate cū labijs et labia sola: et due aurīū extremitates et mādibula inferior:

¶ Capitulū tertiū de anatomia musculoꝝ frōtis.

Frons autē per musculū tenuem dilatatū pāniclarē mouetur qui sub cute frontis dilatat̄. et cū ipsā adeo miscetur dōec sit quasi essētie cutis ps et fiat impossibile ipsum ab ea excoriari: et mēbro q̇dem quod per ipsum mouet̄ absq꜠ corda obuiat: quenīa illud q̇d ꝑ ipm mouet̄ est cutis dilatatata lenis et mouere tale quale ipsum est per cordam non est bonum. Et huius quidem musculi motu eleuātur supercilia Et est etiam qum ad claudendum oculum iuuat ꝑꝑ suarū virtutuꝫ dimissionem et sui laxitatem.

¶ Capitulū quartum de anatomia musculoruꝫ ocli.

Musculi vero oculum mouentes sunt sex quorū quattuor ī quattuor eius lateribꝫ cōsistunt. sursum et deorsuꝫ et duo almechebeni vnusquisq꜠ enī ipsorum ad suam partem mouet. et sunt duo musculi ex transuerso incedētes q̇ ſm rotūditatē mouēt. Ab oculo v̊o posterius ē musculus qui neruum concauum quem post nominabimus sustentat ꝑpea ꝙ cum eo miscetur ⁊ continuat̄ ⁊ eleuat ipsum et ꝓhibet ipsum a laxitate ex qua ꝓuēit albod ꝑpea ꝙ retinet ipsuꝫ quꝫ ītente intuet̄. Et huius quidem musculi panniculis ligamentalibꝫ accidit ex diuisione vnde in eius esse ad dubietateꝫ ꝑuenitur. Sūt naq꜠ ex anatomicis qui tenēt ꝙ est vnus musculus: ⁊ sunt ex eis qui duo: ⁊ sunt ex eis qui tres: quocūq꜠ tamen modo sit eius caput vnum existit.

¶ Capitulum quintum de anatomia musculoruꝫ palpebre.

Earum vero inferior motu non indiget. ī tētio nanq꜠ ꝑuenit ⁊ completur motu superioris soluꝫ: ⁊ eo completur oculi clausura ⁊ aspectus qui fit intente. Uoluntas enim dei fuit vt instrumenta ꝙ̄to pluspossibile fuerit sint pauciora qum non ꝑuenerit impedimentum: quoniam in multiplicatione eorum ꝑuenit ex nocumētis illud quod est scitum. ¶ Et possibile quidem erat vt palpebra superior quietamaneret ⁊ inferior esset mobilis. Sed factoris voluntas est vt operatiōes suis approximent principijs ⁊ causas ad suos fines eleuet temperatiori via ⁊ rectiori semita. ¶ Superior autem palpebra neruorum origini ꝓpinquior existit: vnde nerui qum ad ipsam tēdunt reflexione ⁊ reuolutione non indigent: ⁊ quia palpebra superior duobus indiget motibus eleuationis qum aperitur oculus: ⁊ depressionis qum clauditur: ⁊ clausura indiget musculo trahente ad inferiora: ꝑꝑ quod fuit necessarium vt musculis ei adueniret ad inferiora declinans ⁊ impellens. ¶ Et si vnus fuisset: tunc impossibile foret vt continuaretur nisi aut cum extremitate palpebre: aut cum ipsius medio: Et si cum palpebre medio continuar̄tur cooperiret pupillam quꝫ ad ipsam eleuaretur. Et si cum extremitate palpebre continuaretur non continuaretur nisi cum extremitate vna ⁊ non proueniret palpebre coopertura equaliter sed trāsuersaretur: quia clausura in parte vbi esset corda cōstringeretur prīo: ⁊ ab alia debilitaretur parte: ⁊ coopertura non esset equalis sed simil̄ esset cooperture palpebre hominis torturam patientis: ꝓpter hoc ei non unus creatus fuit musculus sed duo qui aptibꝫ duoꝝ almecheni nascentes palpebram ad inferiora simili deponunt attractione. ¶ In apertione autem palpebre vnus sufficiebat musculus qui ad medium perueniret palpebre et eius corde extremitas super palpebre dilataretur extremitatem ⁊ qū ēbet̄ apiret: ⁊ ꝑpea ad hoc vnus creatus fuit qui secundum rectitudinem inter duos descendit panniculos ⁊ dilatatur ⁊ continuatur cum corpore cartilagini simili: Et expanditur sub pillorum palpebre origine.

¶ Capitulū sextū de anatomia musculorū maxylle.

Maxylla duos habet motus. vnus ē sequēs motum mandibule inferioris. ⁊ alter est ei cum labio cōmunis. ¶ Motus autem causa quem habet motum alterius membri sequentem sunt musculi illius membri. ¶ Et motus quē cum alio membro habet cōmunem causa est musculus qui est ipsius et illius alterius cōmuniter ¶ Et iste quidem musculs in vnaquaq꜠ maxyllarum gena vnus existit latus qui ⁊ hoc nomine scitur.

¶ Unusquisq꜠ autem eorum ex quattuor compositus est partibus: quoniam villus a quattuor ei aduenit locis. Unius origo est ex furcula cuius fines cum extremitate labiorum ad inferiora continuantur ⁊ trahunt os inferius ex transuerso. ¶ Et secundi origo existit inter thoracē ⁊ furculam a duabus partibus ⁊ ipsorum villi transuersi ꝓtenduntur: ⁊ ille qui a dextris oritur cum eo quod a sinistris nascit̄ transuersando iungitur ⁊ penetrat. Et continuatur ille q̇ nascitur a dextris cū īferiori ꝑte extremitatis

sinistre labij ⁊ ille qui a sinistris nascitur ecōtra. ¶ Qum villus iste colligitur angustat os ⁊ ipsum ad anteriora ꝓtrahit sicut in bursa efficit corrigia que bursam claudit. ¶ Et tertius oritur ab osse quod rostro corui in spatula similatur et continuatur inferius continuitate illius musculi ⁊ trahit labium ī duas partes attractione simili. ¶ Et quartus oritur a simenijs colli ⁊ transit circa terminos aurium et continuatur cū fine maxylle ⁊ mouet maxyllā motu manifesto quem sequitur labium ⁊ fortasse valde approximatur loco vbi est auris ingressus in plerisq; hominibus ⁊ continuatur cum ea ⁊ mouet aurē.

¶ Capitulum septimum de anatomia musculorum labiorum.

Ex musculis vero labij sunt illi quos diximus ei et maxylle cōes esse. ¶ Et ex musculis eius sunt qui sunt ipsius ꝓprii ⁊ sūt musculi quattuor. par vnum aduenit ei a superiori in rectitudine duarum genarum maxyllarū ⁊ continuatur ꝓpe ipsius extremitatem: ⁊ duo ab inferiori. ¶ Et hi quidem quattuor ad hoc vt solū labium moueatur sufficiunt: vnaqueq; enim pars eorū qum mouetur ad partem illam mouet.

¶ Quinq; duo ad duas mouetur partes ad duas dilatatur partes. ¶ Adsunt igitur ei secundū complementum motus ad quattuor partes neq; vllum hꝫ motum nisi istos. ¶ In his igitur quattuor adest ei sufficientia. Et isti quidem quattuor musculi et summa musculorum cōmunium cum corpore labij miscentur taliter ꝙ sensus a substantia labij prima ipsos discernere nō valet ꝓpea ꝙ labium est membrum molle carneum os non habens.

¶ Capitulum octauum de anatomia musculoꝝ nasi.

Cum extremitate vero leporis duo parui continuantur musculi fortes. paruitas autem existit ne super alios musculos plus necessarios coangustatio fiat: quoniam membrorū maxylle ⁊ labij motiones plures sunt numero: ⁊ frequentius fiunt: et perseuerant plus: ⁊ plus sunt necessarie q̄ motus extremitatis leporis. ¶ Fortes autem creati fuerunt vt eorum fortitudine illud quod ei defuit ꝓp ossis defectum emendetur: quorum aduentus est a parte gene maxylle: et miscetur prius cum villis pomi maxylle. non autem a parte gene maxylle adducte fuerunt nisi vt ipsum ad eū moueant.

¶ Capitulum nonum de anatomia musculorum mādibularum sūpioris ⁊ īferioris.

Mandibule inferiori absq; mandibula superiori motus ꝓprie attributus fuit ꝓp iuuamenta ex quibus est quod leuioris motus est melior. ¶ Et ex eis est ꝙ dimittere ad mouendum superiorem membra nobilia cumprehendentem: ideo ꝙ motus in ipsis nocumentum efficit est dignius ⁊ salubrius. ¶ Et ex eis etiam est ꝙ si supior mādibula tali mō essꝫ vt ipsius motus facilis foret non fieret iunctura que est inter ipsam ⁊ caput firma: preterea in mandibula inferiori motus plures q̄ tres non fuere necessarij. ¶ Motus aperiendi ōs .s. ⁊ claudendi ipsum ⁊ motus masticādi ⁊ molendi. ¶ Aperiens autem mandibulam ad inferiora descendere facit. ¶ Et claudens ipsam eleuat. ¶ Et molens ipsam circuire facit et ad duas partes declinare. ¶ Manifestū est igitur ꝙ oportet vt motus claudendi sit per musculos qui a superioribus descendunt ⁊ ad superiora retrahūt et aperiendi econtrario: ⁊ molendi cum transuersione. ¶ Qua ꝓp ad claudendum duo creati fuerūt musculi qui duo temporis musculi vocantur.

¶ Ipsorum vero quantitates in homine parue facte fuerunt: quoniam membrum quod per eos mouetur in homine parue existit q̄titatis in medio vacuitates habens: ⁊ est in pondere leue. Nanq; motus qui huic accidit membro per hos duos venientes musculos magis sunt leues: in ceteris autem animalibus inferior mandibula ē maior ⁊ grauior q̄ısit in homine. ¶ Unde per eos moueri in motu mordendi: ⁊ res comedendi duras ⁊ incidendi ⁊ eradicandi est difficilius. ¶ Et hi quidem musculi duo sunt molles ꝓpea ꝙ iuxta principium existunt quod est cerebrum quod est corpus in vltīo molle ⁊ neq; est inter ipsos ⁊ cerebrum nisi vnum os. ¶ Unde tum ꝓp hoc: tū ꝓp illud quod timetur ex societate cerebri cum eis in nocumentis si accideret ⁊ in doloribus si eueniret: adeo ꝙ ille cui accidissent inde ad phrenesim ꝑueniret. ⁊ ad eas q̄ sunt similes eis ex egritudinibus sepeliuit eos creator apꝰ ipsorum originem ⁊ egressionem a cerebro ī osse paris: ⁊ ipsos penetrare fecit in coopertura q̄si milis est canali: ⁊ est composita ex duobus ossibus paris: ⁊ tortuositas foraminum ꝑ que transit que cum eis vadunt eorum vestientes extrema magno spatio donec par pertranseant: vt eorum substantia paulatim induretur ⁊ a loco vbi orti fuerūt paulatim elongentur. ¶ Unicuiq; autem duorum horum musculorum magna generantur corda que super mandibule inferioris incedit extremitatem ⁊ ipsam qum contrahitur eleuat. ¶ Et hi quidem duo musculi ab alijs duobus adiuti fuerunt musculis qui ī inferioribus bucce incedentes ad mandibulam descendunt inferiorē in fornice: quoniam in eleuando graue est necessarium ipsum ingeniose regerē ⁊ sollicitari ꝓ ipso qualiter plus habeant fortitudinis. ¶ Et corda etiam que ex istis duobus nascitur musculis ex ipsorum oritur medietate ⁊ non ex eorum extremitatibus: ꝓp firmitudinem. ¶ Et corde due nascentes ex istis duobus musculis ꝓcedunt ex medio eorum: ⁊ non ex eorum extremitatibus ꝓp firmitudinem. ¶ Musculorum vero aperiendi ⁊ mandibulam descendere facientiū villi ex additamentis nascuntur adhubrienti que retro post aures creata fuerunt ⁊ descendunt ⁊ vniūt ⁊ fiūt vnus musculus: post sepantur ⁊ fiunt corda vt firmitudinem augeant: deinde iterum rarificatur ⁊ carne repletur ⁊ fit musculus ne ꝓp sui tensionem ad nocumenta recipienda sit ꝑparata: deinde mandibule reflexio mento obuiat. ⁊ qum contrahitur trahit mandibulam retro ⁊ descendit ꝑpendiculo: ⁊ ꝓpea ꝙ naturalis grauitas in descendendo adiuuat duo suffecerūt ⁊ neque adiutorio eguerūt. Masticandi vero musculi sunt duo ab vnaquaq; enim parte vni musculo triangulato qum eius caput positum fuerit triangulus qui ex suis angulis ī facie cōsistit duo ꝓtēdūt latera: vnū ad mādibulā

descendit inferiorem: ⁊ alterum ad partem paris ascendit: et inter ea basis continuatur recta ⁊ miscetur quisq; angulus ei quod ante ipsum existit: ppea vt musculus iste diuersas in contrahendo habeat partes: ⁊ non sit ei motus equaliter: sꝫ diuersis possit inclinari inclinationibus: ideo vt per eas molitio ⁊ masticatio compleatur.

¶ Capitulum decimum de anatomia musculorum capitis.

Caput motus habet ꝓprios: ⁊ motus cuꝫ quinq; colli spondilibus cõunes: p quos est motus compositus ex declinatione capitis ⁊ declinatione colli simul. Unusquisq; vero duorum motuū. s. ꝓprius ⁊ cõmunis aut erit curuans anterius aut curuãs posterius aut inclinans ad dextram: aut sinistram. ¶ Et inter ipsos quidem secundum circundandi formam motus generatur conuersionis. ¶ Musculi autem qui caput ad inferiora ꝓprie curuant sunt duo musculi qui a duabus descendunt partibus qui cum villis suis miscẽtur retro post aures a superioribus ⁊ ab osse thoracis ab inferioribus ⁊ eleuantur sicut continui.

¶ Est etiam qum quidam existimant ꝙ sit tres musculi duo nanq; vnius eorum extrema ramificant ⁊ duo capita fiunt eis. Qunq; vnus eorum mouet caput ad inferiora curuatur: ⁊ qum ambo mouent caput ad anteriora temperate curuatur. ¶ Musculi vero qui caput et collum simul aterius curuãt sunt par sub meri positum quod ad partem spondil' prime et secunde vadit: ⁊ cum eis miscetur.

¶ Qunq; pars ipsius q̃ est ad partem meri contrahit curuatur caput solum: ⁊ si pars cum duabus spondilibus cõtinuata operatur curuat ad anteriora etiam collum. ¶ Sed musculi qui solum caput ad posteriora curuant quattuor sunt paria sub paribus q̃ nominauimus posita. Et horum quidem parium origo supra iuncturã existit: ⁊ ex eis etiam sunt que ad simenia perueniunt: ⁊ ipsorum origo est longinquior medietate que est posterius ⁊ sunt ex eis qui ad alas perueniunt quorum origo est a medio.

¶ Ex istis sunt par quod ad duas prime spondilis alas peruenit sup par quod ad secundum pueniit simenium: par cuius villus ex ala prime oritur ⁊ uadit ad simenium secundum. Et eius quidem ꝓprietas est vt capitis declinationem qum ipsum curuat ad naturalem eleuet dispõem sui transuersione.

¶ Et ex eis est pp quartum quod a superioribus incipiens penetrat sub tertio cum transuersione ad ptem siluestrem et cõitatur prime spondilis alaꝫ. Duo prima paria caput posterius sine declinatione aut cum declinatione valde parua curuant.

¶ Et tertium declinationis rectificat torturã. ¶ Et quartuꝫ transuersione manifesta ad posteriora curuat ⁊ q̇cunq; tertij ⁊ quarti solus declinauerit iclinabit caput ad suam partem. ¶ Et qum ambo retrahentur mouebitur caput ad posteriora conuersũ absq; declinatione. ¶ Musculi vero qui caput cũ collo curuant sunt paria tria ꝓfunda ⁊ par vnum cooperiens vnũqudoq; impar eoꝝ est triangulus cuius basis est posterius os cerebri: ⁊ quod ex ea r̃manet ad collum descendit: sed trium parium sub eo expansorum. Unum super duo latera spondilium descendit. Et aliud multum declinat ad alias. Et aliud per medium transit inter duo spondilium latera: ⁊ duo extrema alaꝝ. ¶ Musculi autem q̇ caput ad duo inclinant latera sunt duo paria capitis iuncturã cõcomitantia. Unius paris eorum locus ē anterius et ipsum est quod inter caput ⁊ spondilem continuat secundam cuius vnum impar est ad dextram ⁊ alterum ad sinistram. Et par secundum eorum est cuius locus est posterius et coniungit inter spondilem primam: ⁊ caput cuius vnum impar incedit a dextra: ⁊ alterum a sinistra: ⁊ quodcunq; vnum ex istis contrahetur caput declinabit ad partē ipsius cum transuersione. Et quicunq; duo ab vna parte contrahentur declinabit ad eos caput absq; transuersione: ꝙ si anteriores mouebuntur iuuabunt in curãdo caput ad iferiora. ⁊ si posteriores mouebuntur reducent caput ad posteriora. ¶ Et si omnes vt quattuor simul mouebuntur stabit caput recte. ¶ Et hi quidem quattuor musculi alijs musculis sunt minores. ¶ Ueruntamen eis locoꝝ ipsorum bonitate: ⁊ quia sub alijs descendunt musculis restauratum fuit q̃tum alij p magnitudinem hñt. ¶ Iuncture ꝑtea capitis due res necessarie fuere quibꝫ due intentiones contrarie erant opportune. Una est firmitudo et hec quidem pendet ex affirmanda iunctura: ⁊ vt parum motibus obediat. Et altera est multitudo numeri motuum: ⁊ hec pẽdent ex facilitate iuncturarum ⁊ laxatione eaꝝ.

¶ Factum est igitur vt iuncturarum laxitas pertransiret complementum firmitudinis que pp musculos multos qui sunt cingentes eas et circundantes acquiritur. Due igitur intentiones ei acquisite fuerunt. vnde deus omnibus factoribus melior sit benedictus.

¶ Capitulum vndecimum de anatomia musculorum epiglotis.

Epiglotis est mẽbrum cartilaginosuꝫ creatũ vt vocis sit instrumentum: quod q̇dem ex tribus compositum est cartilaginibus. Una est cartilago quam sensus comprehendit coram gula: ⁊ submento que vocatur peltalis et clipealis: quoniam eius venter est concauus ⁊ dorsũ gibbosum pelte similis ⁊ clipeo parum eius. ¶ Et secunda est cartilago post illã posita ad partem colli cum ea ligata ⁊ vocatur que nomen nõ hꝫ. ¶ Et tertia est sup illas cooperiens que cum ea qua nomẽ nõ habet continuatur ⁊ obuiat peltali absq; continuitate ⁊ inter ipsam ⁊ illam que nomen non habet ē iunctura dupla pp duas vacuitates que sunt in ipsa ĩ quas duo additamenta non habentia nomen decẽtẽ ingrediuntur cum eis ligamentis connexa ⁊ vocat̃ coopertorialis ⁊ cymbalaris. ¶ Et ppea ꝙ peltalis quandoq; adiungitur non habenti nomen: ⁊ quandoq; elongatur ab ea est epiglotis amplitudo ⁊ eius coangustatio. ¶ Et ppea ꝙ cymbalaris cooperit clipealem: ⁊ ipsam cõmittatur ⁊ ppea ꝙ ab ea sepatur est epiglotis aptio ⁊ clausio ipsius. ¶ Ubi aũt est epiglotis ⁊ coram ipsa est os triangulatum lauda vocatũ: qd̃ laudã grecã litterã sigat: ⁊ est ita.

¶ In creando vero os huius existit iuuamẽtuꝫ ut sit origo ⁊ principium ex quo villi musculorum epiglotis oriuntur. ¶ Epigloti ꝑterea musculi fuer̃ necessarij qui clipealẽ nomen non habenti applicent ⁊ musculi qui cimbalarem applicent ipsis et eas cũ

ea cooperiant: ⁊ musculi qui cymbalarem ab aliis duabus elongent vt epiglotis aperiatur. ¶ Ex musculis vero epiglotim aperientibus est par quod ab osse laude nascitur ⁊ vadit ad anteriora peltalis ⁊ continuatur ⁊ expanditur super ipsam ⁊ cum contrahitur trahit cymbalarem ad anteriora ⁊ ad inferiora ⁊ dilatatur epiglotis ⁊ par quod numeratur inter musculos gule ad inferiora trahentes: ⁊ nobis quidem videtur vt ipsum numeret inter eos qui inter eas sunt cōmunes: cuius origo est interius in thorace ⁊ vadit ad peltalem. ¶ Ei vero et multorum animalium motu aliud associatur par: ⁊ duo paria quorum vnum ad cymbalarem ꝑuenit posterius ⁊ continuatur cum ea.

¶ Quunqꝫ contrahuntur ad cymbalarē eleuant ⁊ eā ad posteriora trahunt ⁊ sepatur ab applicatiōe sui cum peltali ⁊ dilatatur epiglotis. ¶ Et alterius paris musculi ad duos cymbalaris margines veniūt qui quum contrahuntur ipsam a peltali separant et in latitudinem extendunt ⁊ in dilatando epiglotiꝫ adiuuant. ¶ Ex musculis autem qui epiglotum coangustant est par quod a parte laude venit ⁊ continuatur cum peltali postea dilatatur ⁊ cingitur super illam que non habet nomē: donec duo extrema duorum imparium ipsius post illam que nomen non hꝫ vniantur ⁊ cum contrahitur coangustat. ¶ Et ex eis sunt quattuor musculi ⁊ fortasse existimāt ꝙ sint duo musculi dupli continuantes peltalis extremitates cum extremitatibus eius que nomen non hꝫ qui quum contrahuntur inferiora epiglotis coangustant. ¶ Et sunt qui existimāt ꝙ unum par ipsorum sit occultum ⁊ alterum manifestum. ¶ Ex sitibus vero musculorum qui claudunt melior fuit vt ī inferioribus epiglotis creati fuissent ita vt quum contrahuntur cymbalarē ad inferiora traherent ⁊ eam claudendo cooperire facerent: ⁊ ꝓp hoc par creati fuerunt ꝙ de radice peltalis nascitur et eleuatur interius ad duo cymbalaris extrema et ad radicem eius que nomen nō hꝫ a dextra et a sinistra ⁊ quum contrahuntur iuncturam stringunt ⁊ epiglotim tali clausura claudunt q̄ musculos pectoris ⁊ diaphragmatis īfrenare valeat in ꝓhibendo aeris attractionem. ¶ Qui quideꝫ parui creati fuerunt ne ī interioribus epiglotis coāgustatōēꝫ facerēt: ⁊ fortes fuerūt creati vt coꝝ fortitudinē quāꝫ īpediti fuerint in claudendo epiglotim ⁊ ꝓhibendo aeris attractionem defectus multus corrigatur qui eis ex paruitate aduenit ⁊ ipōrum via est secundum rectitudinem ascendentiū cum declinatione parua ꝓp quam fit continuatio cōueniens inter peltalem ⁊ non habentem nomen.

¶ Et est etiam quum duo inueniunt̄ musculi sub cymbalari positi qui hoc predictum par iuuāt.

¶ Capitulum duodecimum de anatomia musculoꝝ gutturis.

G Uttur in summa duo habet paria que ipsum ad inferiora trahunt: vnum eorū est par quod iam in capitulo epiglotis nominauimus: ⁊ alterum est par etiaꝫ ex thorace nascēs quod eleuatur ⁊ cum lauda continuatur prio postea cum gutture: ⁊ trahit ipsum ad inferiora: gutturis vero musculi sunt duo musculi gutturosi qui sunt duo musculi apud gulam positi in transglutiendo adiuuantes.

¶ Capitulum decimumtertium de anatomia musculorum laude.

L Auda vero musculos habet qui sibi sunt ꝓprij et musculos in quibus aliud membrum cum ipō cōmunicat. ¶ Sed q̇ laude sunt ꝓprij tria sunt paria: vnum par venit a duobus mandibule marginibus ⁊ cum linea recta que super os existit continuatur: ⁊ ipsum est quod ipm ad mandibulaꝫ trahit: ⁊ par quod oritur sub mento et incedit inferius sub lingua ad linguam ⁊ ad extremitatem superiorem huius ossis ⁊ istud etiā trahit hoc os ad partē mādibule. Et aliud par oritur ex additamentis sisaminis que sunt apud aures ⁊ continuatur cuꝫ extremitate inferiore linee rēcte super hoc os. ¶ Illi vero quos hꝫ cuꝫ aliis cōmunes iam nominati sunt ⁊ nominabuntur.

¶ Capitulum decimumquartum de anatomia musculorum lingue.

M Usculi vero linguam mouentes sunt nouem duo sunt latitudinales ab additamētis sisaminis venientes ⁊ cum duobus ipsius lateribus continuantur. ¶ Et duo longitudinales a supprēo ossis laude nascentes: qui cum medio lingue continuantur. ¶ Et duo qui eā in trāsuerso mouent: ⁊ nascuntur a latere quod est inferius ex duobus ossis laude lateribus: ⁊ penetrant in linguam inter longitudinales ⁊ latitudinales.

¶ Et duo musculi linguam resupinantes ⁊ conuertētes eam quorum loca sub istorum locis quos nominabimus existunt: ⁊ ipsoꝝ villi iam expansi fuerūt sub eis in latitudine ⁊ cum toto osse mandibule cōtinuati fuerunt. ¶ In summa p̄terea musculoruꝫ lingue nominauerunt quidam musculum solitariū qui inter linguam et os laude continuat ⁊ vnum ad aliud trahit ⁊ nec est longe quin musculus qui linguam ad exteriora in longitudinē mouet moueat eam sic. ¶ Inest enim ei vt in extensione in se ipsa moueatur quemadmodum inest ei vt incuratione in se ipsa moueatur.

¶ Capitulum decimumquintum de anatomia musculorum colli.

M Usculi qui collum mouent sunt duo paria: vnum par a dextra ⁊ alterum a sinistra: sed quicunqꝫ eorum solus contrahetur collum ad suam partem transuerse trahetur: ⁊ quicunqꝫ duoꝝ eorum qui sunt ab vna parte simul̄ contrahentur: inclinabitur collum rectum in parte illa non cum transuersione: īmo cum rectitudine. Et quum omnium quattuor simul erit operatio stabit collum absqꝫ declinatione aliqua.

¶ Capitulumdecimumsextum de anatomia muscul̄ pectoris.

M Usculorum qui pectus mouent quidam sunt qui tantū dilatant ipsum et non constringunt: ex quibꝫ sunt musculi diaphragmatis inter membra aerem attrahendi ⁊ mēbra nutrimenti distinguentis quod postea nominabimus. ¶ Et par sub furcula positum a parte nascit̄ que ad caput ꝓtenditur spatule quod postea nominabimus ⁊ estcontinuum cum costa prima a dextra ⁊ sinistra ⁊ cum ipso vnitur par vnum cuius u

nquodq; impar ē duplans ipsum ⁊ faciens ipsum duas ptes quaꝝ supior cū collo cōtinuat: ⁊ ipsum mouet: ⁊ inferior earum mouet pectus ⁊ miscet cum musculo eius quē nunc nominabimus: ⁊ ipse est ille qui est continuus cū costa quinta et sexta. Et par quod est in loco spatule concauo infusum ⁊ cum quo par continuat quod a spondilibus ad spatulam descendit ⁊ fiunt sicut musculus vnus: ⁊ cū costis continuantur posterioribus. ¶ Et par tertium quod nascitur a sexta spondilium colli ⁊ a prima ⁊ secunda spondilium pectoris ⁊ continuatur cum costis thoracis: isti sunt musculi dilatantes. ¶ Musculorum vero pectus constringentiū aliȷ̄ sunt qui pectus in latitudine constringunt et est diaphragma qum quiescit. ¶ Aliȷ̄ sunt qui secundum essentiam. Et ex istis est par quod sub radici bus costarum superiorum est extensum cuius operatio est stringere et aggregare. Et ex eis est par apud extremitates istius cum thorace vel adherēs thoraci inter epiglotale ⁊ furculam continuatum ⁊ continuatur cum musculis ventris qui sunt recti. Et alia duo paria que ipsū cooperiunt. ¶ Musculi vero qui simul constringunt ⁊ dilatant sunt musculi qui sunt inter costas: veruntamen pscrutatione in considerando cognoscitur q̄ constringentes aliȷ̄ sunt a dilatantibus. ¶ Inter omnes enim duas costas sunt ex eis quattuor pcerto musculi: licet quidam existiment q̄ sit vnus musculus ¶ Et hic quidem qui vnum existimant musculū ex villis contextus est transuersis: quorum quidam sunt intrinseci: quidam qui cooperiunt. ¶ Eorum q̄ cooperiūt quidā sūt qui sunt ad partem extremitatis cartilaginose coste: ⁊ quidā sūt qui sunt ad partem alterius extremitatis que est fortis. Quod uero interius existit totum in situ cooperiente est diuersum. Et illud quod est i extremitate coste cartilaginose diuersum est in situ ab eo quod est sup aliam extremitatem. ¶ Et qn̄ quidem hic quattuor habentur villi numero oportet vt musculi sint numero quattuor. Et qui ex eis sunt superius positi sunt dilatantes. Et qui ex eis sunt inferius positi sunt constringentes. Per hoc itaq; fit omniū musculorum pectoris numerus .88. musculi.

¶ Et est etiam quū musculos pectoris duo aliȷ̄ iuuant musculi qui a furcula ad spatule caput venientes ad primum eius continuantur latus et ipsum sursū eleuant ⁊ in dilatando pectus adiuuant.

¶ Ca. xvii. de anatomia musculoꝝ motꝰ adiutoriȷ̄.

Ex musculis motus adiutoriȷ̄ sunt illi qui mouēt spatule iuncturā: ⁊ sunt tres musculi qui ei a pectore adueniunt ⁊ ipm mouent ad inferiora. Et musculus qui inferiꝰ sub mamilla oritur: ⁊ cum parte adiutoriȷ̄ antecedente cōtinuatur apud antecedentem partem marginis: cartilaginis concauitatis: ⁊ ipse est qui adiutorium ad pectus applicat cum cōmunitate qua spatula ipsum sequitur. ¶ Et musculus qui a supprēo thoracis nascitur ⁊ efficit vt domesticum capitis adiutoriȷ̄ cooperiat ⁊ est applicans ipsum ad pectus cum impulsione pauca. ¶ Et musculus duplus magnus qui a toto oritur thorace continuatus cum infimo antecessionis adiutoriȷ̄ qui qum operatur cum villo qui in superioris partis eius est adiutorium ad pectus ducit ipsum eleuando ⁊ cum alia parte ducit illud ad ipsum faciens ipsum ad inferiora descendere: ⁊ cum eis ambobus ducit ipsum ad pectꝰ secundum rectitudinem. Et aliȷ̄ duo musculi qui a parte nascuntur iliȷ̄ magis interius continuati q̄ sit continuitas magni musculi qui a thorace ascendit. Unus eorum est magnus veniens a loco qui est apud ilium ⁊ a costis posterioribus ⁊ trahit adiutorium ad costas posteriores directe ⁊ alter est subtilis qui nascitur a cute iliȷ̄ ⁊ nō ab eius osse ⁊ declinat magis ad medietatem q̄ ille ⁊ continuatur cū corda illius qui a parte mamille ascendit ⁊ pfundatur. ¶ Et hi quidem operationum primorum efficiunt secundum modum adiutoriȷ̄: sed tamē ad posteriora parumper declinant. ¶ Et quinq; musculi qui ab osse spatule nascuntur vnius musculi eorum ortus est ab osse spatule qum implet illd̄ qd̄ est inter sepans ⁊ costam supiorem villis ⁊ penetrat ad partem superiorē capitis adiutoriȷ̄ siluestrē declinans parumper ad domesticam. ⁊ ipse etiam cum declinatione penetrat ad domesticā. Et duorum musculoꝝ ex istis quinq; origo est a latere superiore spatule quorum vnus est maior: ⁊ villi ipsius vadunt ad inferiores partes separantis Et implent illud quod est inter separans et latus inferius: ⁊ continuantur valde cum capite adiutoriȷ̄ a parte siluestri et penetrant cum declinatione ad siluestrem. ¶ Et alter est cum hoc primo continuus adeo q̄ ē quasi eius pars: ⁊ penetrat cū eo ⁊ ipsius operationem efficit: ¶ Iste vero non multum pendet a summo spatule et eius continuitas est secundum transuersionem in manifesto adiutoriȷ̄ ⁊ declinat ad siluestrem. ¶ Et quartus est musculus qui locum concauum ossis spatule implet cuius corda cum partibus interioribus lateris domestici capitis adiutoriȷ̄ cōtinuatur: ⁊ eius operatio est efficere vt adiutoriū posterius circuneat. Et alter musculus est qui ab inferiori extremitate lateris spatule inferioris nascitur: cuius corda superius continuatur secundum continuitatem magni ab ilio ascendentis: ⁊ eius operatio ē trahere supremum capitis adiutoriȷ̄ ad superiora. ¶ Adiutorium pterea alium hꝫ musculum duo habentē capita qui duas efficit opationes: ⁊ operationem cōmunem. ¶ Et ipse quidem sub furcula venit ⁊ a collo deglutiens capitis adiutoriȷ̄ bucellam ⁊ peruenit vsq; iuxta locum continuitatis corde musculi magni a pectore ascendentis. ¶ Quidam autem dixerunt q̄ vnum capitum ipsius interius est sup manifestum spatule apud eius infimum ⁊ declinat ad exteriora cum transuersione pauca: ⁊ qum opatur cum duabus partibus eleuatur secundum rectitudinem. ¶ Sunt pterea hominum quidam qui duos addiderunt musculos: musculum paruum q̄ ad mamillam venit: ⁊ alium qui in spatule iunctura est sepultus: ⁊ fortasse ponunt cubiti musculos cum eis habere cōmunitatem.

¶ Ca. decimūoctauū d̄ anatōia musculoꝝ brachiȷ̄.

Musculorum brachium mouentiū aliȷ̄ sunt qui ipsum contrahunt: aliȷ̄ sunt qui ipsū dilatant: ⁊ isti positi sunt super adiutoriū

alij sunt qui ipsũ gyrãt: alij sũt qui ipsũ resupinant ⁊ non existunt super adiutorium. ¶ Dilatantes vero sunt par vnum cuius vnum ex suis imparibus cum declinatione ad interiora expanditur: q̃a eius ortus est superius ab antecessione adiutorij ⁊ a latere spatule inferiore ⁊ continuatur cum cubito illic vbi sunt partes eius interiores: ⁊ impar secundum expanditur ad interiora cum declinatione adiutorij quoniam ab adiutorij collo ꝓuenit: ⁊ cũ extrinsecis cubiti partibus continuatur. ¶ Quunq; ambo opantur ꝓculdubio secundum rectitudinem extendunt. ¶ Constringentes vero sunt par aliud cuius vnum impar quod est maius trãhit ad interiora cum declinatione: quoniã eius origo est a margine cartilaginis spatule inferiore ⁊ a rostro. vnicuiq; quorum proprie inest caput ⁊ continuatur corda ipsius qua est neruosa cum parte focilis supioris interiora antecedente. ¶ Et secundum impar trãhit cũ declinatõe ad exteriora: quia eius ortus est a manifesto adiutorij posterius: ⁊ est musculus duo carnosa hñs capita: quorum vnum est in posterioribus adiutorij: ⁊ alterum in anterioribus ⁊ occultantur hi duo in suo incessu parumper donec ad antecedentem partem focilis inferioris vadant. ¶ Et cum eo quidem iam continuatum fuit q̄ ipm̃ inclinat trahens inferius ad exteriora ⁊ cũ eo quod inclinat trahens superius ad interiora vt sit tractio melior. ¶ Et qum isti duo musculi in suis coniunguntur operationibus secundum rectitudinem stant ꝓculdubio. ¶ Et duos quidem musculos dilatantes vestit musculus qui os adiutorij circũdat. ¶ Et similius est vt sit pars alterius musculi constringentis. Facientes vero brachium iacere supinum sunt par cuius vnum ex imparibus est positum in exterioribus duorũ fociliũ ⁊ obuiat focili superiori absq; corda. ⁊ alterũ subtile ꝓlongatum nascitur a superiori parte adiutorij ab eo quod eius manifestum sequitur: ⁊ maior pars eius vadit in ascẽd ⁊ penetrat donec ꝓpinquũ fiat iuncture rasete ⁊ venit ad partem occultã focilis superioris: ⁊ continuatur cum eo corda panicularis. ¶ Gyrantes autem sunt par positum exterius: cuius vnum ex duobus imparibus a supmo domestico capitis adiutorij incipit ⁊ continuatur cum superiori focili sub iunctura rasete: ⁊ alterum est magis curtum ipõ et eius villus ad latitudinem ẽst dẽcliuis: sed eius extremitas est plis neruosa ⁊ incipit ab ipsomet superiori focili ⁊ continuaẽ cũ eius extremitate superiori apud rasete iuncturam.

¶ Capitulum decimumnonum de anatomia musculoꝝ motus rasete.

Musculoꝝ vero iuncturarum rasete mouentium: quidam sunt constringentes: ⁊ quidam dilatantes: ⁊ quidam gyrantes ⁊ quidam resupinantes sup collum. ¶ Ex dilatantibus vero est vnus musculus cum alio continuus ac si ambo vnus essent musculus. Et istius quidem origo est a medio focilis inferioris cuius corda cũ pollice continuatur per quem pollex ab indice elõgatur. ¶ Et alterius origo est a focili superiori cuius corda cum primo ossium rasete continuaẽ. s. posito coram pollice. ¶ Quunq; isti duo simul mouẽtur dilatant rasetam cum gyratõe pauca. Et qum secundus solus mouetur facit ipsam iacere resupinam. Et qum primus mouetur solus ꝓlongat inter pollicem ⁊ indicem. ¶ Et musculus qui iacitur sup focile supius a pte siluestri cuius ortus est ab inferiori parte capitis adiutorij a quo ꝓcedit corda: duo hñs capita: quorum vnum cũ medio pectinis coram indice ⁊ medio continuatur: ⁊ alterius capitis corda est caput inferius super focile superius apud rasetam ⁊ dilatat rasetam expandendo cum gyratione. ¶ Constringentes autem musculi sunt par super latus brachij siluestre: quorum inferior incipit ab interiore duorum capitum adiutorij et peruenit ad pectinem coraz auriculari. ¶ Et superior vtrorunq; incipit altius q̄ ille ⁊ peruenit ibi. Et est cum eis musculus qui incipit ab iferioribus adiutorij partibus locã p̄dictorum medians quod duo hz extrema que ad modum crucis transuersanẽ: ⁊ postea cũ loco qui est inter pollicem ⁊ medium continuantur: cunq; ambo mouentur constringunt. ¶ Et isti quidem constringentes ⁊ ipĩmet dilatantes gyrationem efficiunt et resupinationem qum duo oppositi ex eis secundum transuersionem mouentur. ¶ Sed musculus cũ pectine continuus coram auriculari qum solus mouetur gyrat plantam: ⁊ qum musculus pollicis quem nominabimus ipm̃ adiuuat plenarie plantam resupinam iacere facit: ⁊ qum ille qui est cum raseta cõtinuus coram pollice solus mouetur gyrat ipsã parump: ⁊ cum auriculari quem nominabimus efficit gyrationem cõpletaz.

Ca. xx. de anatomia musculoꝝ mot digitoꝝ.

Musculorum vero digitos mouentium q̃dam sunt qui sunt in planta: quidam sũt qui sunt in brachio: quia si omnes in plãta coniungerẽtur ꝑꝑ carnem multam grauarent: ⁊ ꝑꝑca q̄ illi q̃ sũt ex eis in raseta a digitis elongati fuerunt: corde ipsoꝝ necessario fuerunt longe. Munite ergo fuerunt panniculis qui eis ab omnibus adueniunt partibus: ⁊ ipsorum quidem corde rotunde ⁊ fortes create fuerunt et nõ dilatanẽ nisi qum ad membrum ꝑueniunt. ¶ Ibi igitur dilatãtur vt membrum motum bene comprehendant. Omnes autem musculi digitos dilatantes sup brachium sunt positi ⁊ silr̃ ipsos ad inferiora mouẽtes Et ex dilatantibus quidem est musculus qui in medio manifesto brachi positus nascitur a parte supprema capitis adiutorij inferioris: ⁊ quattuor digitis cordas que ipsos dilatant mittit. ¶ Ex eis uero qui eos ad inferiora inclinant tres ad inuicem ĩ parte istius sunt continui. ¶ Quorum vnus a parte media capitis adiutorij siluestris inter duo ipius additamenta oritur ⁊ duas cordas auriculari ⁊ annulari transmittit. ¶ Et vnus a summa duorũ musculorum duplorum qui sunt duo ex his tribz oritur sub duobus additamentis adiutorij interius: ⁊ a margine focilis inferius ⁊ duas transmittit cordas medio et indici. ¶ Et tertius eorum ⁊ ẽst illé qui remansit oritur a suppremo focilis superioris et cordã pollici mandat: ⁊ apud hanc iuncturam ẽ musculus qui est vnus duorum musculoꝝ inter musculos motus rasete nominatorum ⁊ nascitur a loco medio focilis iferioris cuiꝰ corda pollicẽ

ab indice ꝑlongat. ¶ Constringentium autē qui dam sunt qui super brachium existunt: ⁊ quidam qui super volam plante. ¶ Et illi quidem qui sūt super brachium sunt tres musculi quorum vnus secundum aciem in medio super alium ē positus. Ex quibus nobilior est inferius qui inferius est se pultus ⁊ cum osse focilis inferioris continuus quo niam eius operatio existit nobilior. Quapp̄ opor tuit vt eius locus magis esset custoditus. ¶ Cuius principium ē a medio capitis adiutorij siluestris ad interiora: deinde penetrat ⁊ dilatatur eius corda ⁊ in quinq̧ partitur cordas quarum queq̧ ad inte riora digiti p̄uenit. ¶ Illarum vero que ad quat tuor perueniunt queq̧ iuncturam primam ipsius constringit et tertiam. ¶ Primam vero ꝑpterea ꝙ est ibi annexa ligamento quod super eam est ci ctum: ⁊ tertiam ꝑpea ꝙ eius caput peruenit ad eā ⁊ continuatur cum ea: que autem ad pollicem va dit eius secundam ⁊ tertiam constringit iuncturaꝫ quia non continuatur nisi cum eis. ¶ Et secundus quidem musculus qui est supra istum est minor ip so ⁊ incipit a capite ingrediente quod est vnuꝫ ex capitibus adiutorij ⁊ cum focili inferiore parump̄ continuatur ⁊ transit per terminum cōmunem q̇ ē inter latus siluestrem ⁊ domesticum: ⁊ est superi or sup̄ficies focilis superioris: ⁊ qūm ad partem peruenit pollicis declinat parump̄ ad interiora et cum iuncturis medijs quattuor digitorum cordas mandat vt eos constringant. ¶ Ad pollicem ve ro non p̄uenit nisi ramus paruus qui nō est ex cor da eius: imo ab alio loco. ¶ Et primi quidem o rigo est post principium nominatum quod est a ca pite focilis superioris ⁊ inferioris. ¶ Et secundi origo est a capite focilis inferioris. ¶ Factum est autem ꝙ pollex vno musculo in sui constrictione sit contentus sed quattuor duobus constringuntur musculis quoniam nobilior ex operatiōibus quat tuor est constrictio ⁊ ex operationibus pollicis no bilior est vt dilatetur ⁊ ab indice elongetur.

¶ Tertius autem musculus non est ad constringen dum sed eius corda interius in planta penetrat et dilatatur desuper ad hoc vt in eam adipisci faciat sensum et in sentiendo iuuamentum p̄beat: ⁊ pilos in ea nasci ꝓhibeat. et ad sustentandum illud qđ ē in interioribus plante ⁊ vt fortis fiat ad suas acti ones peragendas. hi quidem sunt illi qui super ra setam existunt. ¶ Musculi vero qui sunt in plā ta sunt. 18. in duabus aciebus ordinati adinuicem sibi superpositi. Una acies ē ad inferiora ⁊ interi us. Et altera acies ē super cutem exteriorem. Qui autem in acie existunt inferiore numero sunt septē quorum quinq̧ digitos ad superiora inclinant: ⁊ q̇ ex eis delegatus est pollici a principio ossis rasete nascitur. ¶ Et sextus est curtus ⁊ latus cuius villus est transuersus ⁊ ipsius caput pendet a pe ctine manus donec p̄ueniat in rectitudīe medij cu ius corda cum pollice continuatur: ⁊ ip̄m ad inferi ora inclinat. ¶ Et septimus est apud auricularem incipiens ab osse pectinis quod in eiꝰ rectitudīe exi stit ⁊ ip̄m ad inferiora inclinat. ¶ Nullus vero hoꝝ septem est ad constringenduꝫ. sed quinq̧ sūt ad eleuandum et duo ad flectendum inferius.

¶ Illi vero qui sunt in acie superiore sub musculo super plantam expanso qui quidem est musculus quem solus cognouit. Gal. sunt musculi vndecim ex quibus sunt octo: quorum duo cum prima iun cturarum quattuor digitorum continuantur. s. v nus sup̄ alium vt hāc constringant iuncturam: sꝫ qui ex eis est inferior constringit cum dispositiōe et reflexione: ⁊ eius q̇ ē ex eis superior ē strictura cum modico eleuationis et ad superiora ascensio nis. ¶ Quinq̧ coniuncti fuerit directe: ⁊ eorum tres pollici sunt ꝓprij: quorum vnus primam cō stringit iuncturam: ⁊ duo secundam sicut sciuisti. Dilatantes ergo quinq̧ sunt. ¶ Et de reflectenti bꝫ exceptis pollice ⁊ auriculari vnicuiq̧ ēst vnus Pollici vero ⁊ auriculari vnicuiq̧ assūt duo. Et de constringentibꝫ vnicuiq̧ digito assūt quat tuor. ¶ Et de his qui ad superiora inclinare faci unt vnicuiq̧ digito adest vnus.

¶ Capitulum vigesimumprimuꝫ de anatomia mus culoꝝ motus dorsi.

Musculorum dorsi alij sunt qui ipsum ad posteriora flectunt: alij qui curuant ad ā teriora. ¶ Ex istis enim omnes alij oriū tur motus. ¶ Ad posteriora vero flectentes sunt illi qui ꝓprie dorsi vocant̄ musculi. Et sunt mus culi duo de quibus existimatur ꝙ vnusquisq̧ eo rum ex. xxx. compositus existat musculis: quoniā vnicuiq̧ ipsorum ab vna quaq̧ spondili aduenit musculus: ab vnaquaque nanq̧ spondili aduenit ei villus transuersus nisi a prima. ¶ Et i sti quidem musculi qūm equaliter tenduntur stat dorsum: ⁊ qūm superflue tenduntur declinant ad posteriora. ¶ Et qūm illi qui in vno existunt la tere mouentur dorsum ad illud inclinatur.

¶ Musculi vero curuantes sunt par desuper positū qui sunt ex musculis caput ⁊ collum mouentibus: qui a duobus meri veniunt lateribus: quorum in feriores extremitates cum quinq̧ spondilibus pe ctoris superioribus continuantur ī aliquibus homi nibus: ⁊ in pluribus hominibus cum quattuor.

¶ Et eorum superiores extremitates ad caput per ueniunt ⁊ collum. ¶ Et par quidem sub isto est positum et vocatur renale: que ambo a decima et vndecima pectoris incipiunt: ⁊ ad inferiora descē dunt: ⁊ plurunq̧ curuant flectentes. ¶ Et medio quidem in suis motibus horum musculorum suffi cit inuentio: quoniam in curuatione ⁊ inclinatione a dextra ⁊ a sinistra duarum extremitatum sequi tur motus.

¶ Capitulum vigesimumsecundū de anatomia mus culorum ventris.

Musculorum autem ventris sunt octo qui in iuuamentis cōmunicant: ex quibus est iuuamentum p̄bere in exprimendo illud quod ex stercore ⁊ vrina ī inferioribus continet̄ ⁊ que in matricibus nata existunt. Et ex eis est ꝙ diaphragma sustinent et ipsum quꝫ adest exufla tio que est in constrictione adiuuant. ¶ Et ex eis est ꝙ intestina calefaciunt ⁊ stomachū ꝑpea ꝙ ea coo periunt. Ex his autem octo est vnum par rectum quod secundum rectitudinem ab epiglotali descen dit cartilagine: cuius villus in longitudine vsq̧ ad femur extenditur: et eius extrema in eis que sunt coram ipsis expanduntur. ¶ Huiꝰ vero paris subā

a sui principio vsque ad ipsius finem carnosa existit. ¶ Et duo musculi qui cum istis in latitudine secantur. quoruȝ locus est sub panniculo qui super totum extensus est ventrem: et sub duobus longitudinalibus. ¶ Sectio autem que inter istorum duorum: ⁊ duorum primoꝝ villos accidit ē secundum angulos rectos: ⁊ duo paria que p trāsuersum vadunt quorum vnunquodqȝ est in laterē a dextra et a sinistra. ¶ Et vnunquodqȝ eorum par ex duobus existit musculis se ad inuicem ad modum crucis secantibus a cartilaginis costarum n̄ completarum extremitate vsqȝ ad femur: ⁊ ab ilio vsqȝ ad epiglotale. ¶ Et duorum parium extremitates sibi a dextra ⁊ a sīstra apꝰ̄ femur obuiant. Et aliorum duorum extremitates apud epiglotale que super carnosas partes ab vna quaqȝ pte duorum musculorum latitudinalium sūt posite Et hec quidem duo paria semper carnosa incedūt donec rectos musculos cum cordis latitudinalibus tangant que panniculis similantur. ¶ Et hec etiaȝ duo paria sub duobus longitudinalibus sunt posita que sub duobus posita sunt latitudinalibus.

¶ Capitulum vigesimumtertium de anatomia musculorum testiculorum.

Testiculorum autem viroꝝ̄ musculi sunt quattuor ppea vt testiculos custodiant ⁊ eos eleuent ne laxentur. ¶ Quisqȝ testiculus hȝ par sibi pprium: ¶ Mulieribus vero vnum par sufficit. s. cuiqȝ testiculo impar ppea ꝙ earum testiculi nō sunt ī exterioribus: neqȝ sunt suspensi quēadmodum viroꝝ.

¶ Capitulum vigesimumquartum de anatomia musculorum vesice.

Super os vesice vnus existit musculus q̇ ipsam circūdat: cuius villus super ipsius os dilatatur. Et eius quidem iuuamētum est vrinā vsqȝ ad horam voluntatis retinere Et qum voluntas expellendi affuerit eius laxabitur constrictio ⁊ ventris musculi vesicam vrgebunt: ⁊ vrinam expulsiua adiuuante expellent.

¶ Capitulum vigesimumquintum de anatomia musculorum uirge.

Musculi qui virgam mouent duo sunt paria duo vnius paris musculi in duobus virge lateribus sunt extensi qui qum tenduntur foramen dilatant et ipsum amplificant ⁊ penetratio rectificatur: ⁊ sperma in ipsa cum facilitate discurrit. ¶ Aliud vero par quod a femoris osse orit̄ ⁊ cū radice virge secūdum transuersionem continuatur ⁊ qum rectificatur tenditur ⁊ instrumentum secundum rectitudinem eleuatur: ⁊ qum constringitur reducit ipsuȝ ad posteriora. ¶ Qd̄ si vni eorum acciderit tensio ad ipsius partem declinabit.

¶ Capitulum vigesimumsextum de anatomia musculorum ficteris.

Ficteris musculi sunt quattuor. Unus eorum est musculus qui ipsius cōmittatur os ⁊ cum eius carne vehementer miscet̄ que permistioni musculorum labiorum similatur ⁊ ipse quidem cohercet ⁊ constringit anum ⁊ sua expressione stercoris reliquias que sunt in ipso excutit. Et musculus qui est positus magis interius ꝙ iste: cuius statio est secundum operationem capitis hominis ⁊ existimat̄ ꝙ sit hn̄s duo extrema cuius extremum cum radice virge pcerto continuatur: ⁊ par quod super hos omnes transuersuȝ existit: cuius iuuamentum ē longaōeȝ sursum eleuare ⁊ neqȝ accidit longaonem egredi nisi pp ipsius laxitatem.

¶ Capitulum vigesimumseptimū de anatomia musculorum coxe.

Ex musculis coxe maior est ille qui eā extendit: deinde ille qui eam contrahit: Ex suis nanqȝ operationibus nobiliores sunt isti duo intus. Ueruntamen extensio contractione nobilior existit quoniam statio non conuenit nisi cum extensione. ¶ Postea sunt musculi q̇ elongant: deinde illi qui appīquare: post illi qui circuire faciunt. ¶ Ex musculis autē coxe iuncturam extēdentibus est vnus qui est omnibus corporis musculis maior: ⁊ ipe est musculus qui os femoris ⁊ ancham cooperit ⁊ sup totam coxaȝ voluitur ab interioribus et exterioribus et posterioribus donec ad polliceȝ pueniat. cuius villi diuersa habent principia. quapropter ipsius operatiōes secundum diuersas specificantur spēs. ¶ Ex ipsius nanqȝ villis est qui ab īfimo ossis femoris nascitur ⁊ declinando ad domesticum dilatatur.

¶ Et est alius ex villis eius cuius ortus est parum altior ortu istius qui coxam ad superiorem eleuat. ¶ Et est aliud ex villis eiꝰ cuius ortus est valde altior ortu istius qui coxā ad superiora ad domesticum declinatē eleuat. ¶ Et est ex eis alius cuius origo est ab osse anche qui satis coxam secundum rectitudinem dilatat. ¶ Et ē ex eis musculus qui totam anche iuncturam posterius cooperit tria habens capita ⁊ extrema duo. ¶ Et hec q̇dem capita ab ilio ⁊ ancha ⁊ alhosos nascuntur quorū duo sunt carnosa ⁊ vnum panniculare. Duo vero extrema cum posteriore capitis coxe parte continuāt̄ ⁊ si cum vno traxerit extremo cum declinatione ad ipsum dilatabit: ⁊ si cum duobus traxerit extremis secundum rectitudinem dilatabit. ¶ Et ex eis est musculus qui ex tota ossis ilij superficie oritur: ⁊ cum suppremo maioris additamenti continuatur ⁊ vocatur carchametra maior: et parum ad anteriora extenditur et cuȝ declinatione ad domesticum dilatatur. ¶ Et est alius talis qualis iste qui in primis cum infimo additamenti minoris continuatur: deinde descendit ⁊ illius operatiōe operatur. ¶ Ueruntamen eius est paruam dillatationem ⁊ multam efficere declinationem. Cuius origo est ab infimo superficiei ossis ilij. ¶ Et est ex eis musculus q̇ ab īfimo ossis āche oritur ad posteriora declinans et dilatat ipsam et eam ad posteriora parumper declinare facit: ⁊ ad domesticum sufficienter declinare facit. Ex muscul' uero coxe iuncturam constringentibus est musculus vnus q̇ cum declinatione ad domesticum parua constringit: ⁊ est musculus rectus qui a duabus descēdit originibus: quarum vna cum fine lomborum ⁊ altera cuȝ osse ilij continuatur. ¶ Et ipse quidē sunt que cum minore additamento domestico cōtinuantur: ⁊ musculus qui ab osse femoris nascitur

⁊ cum infimo additamenti minoris continuatur. Et musculus ad duo latera ipsius transuerse extē-sus qui est sicut par maioris. Et quartus qui a re preparata stante post os ilij oritur ⁊ ipse etiam crus contrahit colligendo coxam. Ex musculis uero qui ad anteriora declinare faciunt iam quidem nominati fuerunt ubi dilatationis ⁊ constrictionis mentionem fecimus: ⁊ hec quidem mouendi species habet musculum qui ab osse nascitur femoris ⁊ adeo fit longus ut ad pollicem pueniat. Declinare uero ad exteriora faciētes sunt duo musculi: unus eorum ab osse uenit lato. Sed circuire faciētes sunt duo musculi quorum unus a silūri femoris: ⁊ alter ab ipsius orit̃ domestico: ⁊ quum sibi obuiant transuersantur ⁊ fiunt carnosi apud locū pfundum circa posteriora additamenti maioris.

Et quicunq3 eorum solus traxerit coxam ad sui ptemcum pauca dilatatione torquebit.

Capitulum uigesimumoctauū3 de anatomia musculorum mouentium iuncturam cruris ⁊ poplitis.

Ex musculis autem iuncturam poplitis mouentibus sunt tres in anterioribus coxe positi qui musculis in ipsamet coxa positis sunt maiores. Et eorum operatio est dilatare. Unus autem horum trium est sicut duplus duo habens capita: quorum unum ab additamento incipit maiore: ⁊ alterum ab interiore coxe. ⁊ duo habent extrēma: quorum unum est carnosum: ⁊ cum rasga atq̄ corda fiat continuatur: ⁊ alterum est panniculare cū domestica duarum extremitatum coxe continuatum. Aliorum uero duorum unus est ille qui inter coxam constringentes nominauimus. s. a separante qđ est ī osse ilij nascens: ⁊ alter ab additamento siluestri quod est in coxa oritur. Et isti quidem duo cōtinuantur ⁊ uniuntur ⁊ generatur ex eis corda una que dilatatur ⁊ circundat rasgam et ipsam cum eo quod est sub ea conuenienter astu mai: deinde cum capite cruris continuatur: ⁊ poplitem dilatat ⁊ crus extēdit. Dilatatio uero unum habet musculum qui ab obuiatione ossis femoris nascitur ⁊ incedendo descendit in latus coxe domesticum s3 transuersionem: deinde cum parte uenosa supreme partis cruris continuatur ⁊ crus declinans ad domesticum dilatat. Et musculum alium in quibusdam anatomie libris ei oppositum in parte siluestri qui incipit ab osse anche ⁊ s3 transuersionē in latus siluestre tendit donec ad locum peruenit uenosum. Et neq3 est musculus maioris transuersionis isto ⁊ cum declinatione ad siluestre dilatat: ⁊ quum ab eo dilatat est dilatatio recta. Ex eis uero qui crus contrahunt est unus musculus angustus ⁊ longus qui ab osse ilij oritur ⁊ femoris circa originem dilatantis ingrediens a separante qđ est in medio ilij: deinde s3 transuersionem penetrat ad interiora duarum extremitatum poplitis: postea egreditur exterius ⁊ uadit ad eminentiam q̄ est in loco poplitis uenoso ⁊ cum ea unitur. Et ipse quidem est quo crus ad inferiora trahitur declinans cum pede ad partem inguinis. Et tres musculi: domesticus: ⁊ siluestris: ⁊ medius. S3 domesticus ⁊ medius cū declinatione ad siluestrem contrahunt. Et siluestris contrahit cum declinatione ad domesticum. Et domesticus quidem orit̃ ab axe ossis anche deinde transuerse incedit per posteriora coxe donec peruenit ad locum cruris uenosum in parte domestica ⁊ unitur cum eo cuius color ad uiriditatem trahit. Et aliorum duorum etiam origo est ab axe ossis anche sed declinant ut cū loco uenoso lateris siluestris cōtinuentur. In iūctura preterea poplitis est musculus sicut ī flexuositate poplitis sepultus qui operationem efficit qualis huius medij existit operatio. Et quidam existimant q̄ pars eminens musculi dilatantis dupli a separante est quum poplitem accidentaliter constringit: ⁊ est quum ab eius origine egreditur corda q̄ anche pixidem tenet: ⁊ cu3 ea ⁊ cum ipso quod sequitur ipsam continuatur.

Capitulum uigesimūnonum de anatomia musculorum pedis iuncturas mouentium.

Ex musculis autem pedis iuncturas mouētibus sunt quidam qui ipsum ad superiora eleuat: ⁊ q̇dam qui ipsum descendere faciunt. Ex eis autem qui ipsum eleuant est unus musculus magnus qui est positus in parte antecedente cāne domestice cuius principium est pars siluestris capitis canne domestice. Et ipse quiđ quum ad exteriora egreditur inclinatur super crus ad partem pollicis uadens ⁊ continuatur cū eo qđ radici poplitis est ꝓpinquū: ⁊ pedem ad superiora eleuat: ⁊ alter oritur a capite siluestris ex quo nascitur corda que cum eo quod est iuxta radicem minimi cōtinuatur: ⁊ pedem ad superiora eleuat ⁊ ꝓprie quando cum eo cōuenit primus musculus ⁊ fuerit hoc s3 equalitatem ⁊ rectitudinem. Faciētium uero descendere est unum par cuius origo ē a capite coxe quod postea descendit ⁊ cruris uentrem carne replet ex quibus corda nascitur que ex maioribus existit cordis ⁊ ipsa quidem est corda nerui qui cum osse alcabab continuatur: ⁊ ipsum ad posteriora transuerse ad siluestrem trahit: ⁊ ē hec causa fixiōis pedis super terram. Et ipsum q̇dem adiuuat musculus qui a capite siluestris oritur cuius color est melongianus ⁊ descendit donec ipsemet absq3 corda quam mandat: sed carneus remanens continuatur cum postrema alcabab pte sub continuitate quam āte diximus. Quumq3 musculis istis aut ipsorum cordis nocumētum accidit pes claudicat. Et musculus ex quo due nascuntur corde quarum una pedem constringit: ⁊ altera pollicem dilatat. Illud uero est quonia3 iste musculus a capite cāne domestice oritur ubi ipsa siluestri obuiat ⁊ descendit inter eas: ⁊ in duas diuiditur cordas quarum una sub rasceta in anteriori pollicis parte continuatur cum qua etiam corda pedis existit humilitas. Et altera corda que ex parte istius generata musculi prime corde pertransit originem ⁊ prime pollicis ossi corda3 mandat: ⁊ ipsum cū transuersione ad domesticum dilatat. Et iam etiam a capite coxe siluestri oritur musculus ⁊ cū uno duorum musculorum achibalium continuatur: deinde ab eo separatur qu3 occultum cruris pertransit: ex quo oritur corda que ad inferiora pedis puenit ⁊ sub eo toto dilatatur: queadmodum facit musculus qui super plante occultum dilatatur ꝓpt iuuamentum tale quale est eius.

Capitulum trigesimum de anatomia musculorum

digitoꝝ pedis.

Ex musculis vero pedis digitos mouentibus qui sunt constringentes musculi sunt multi ex quibus est musculus qui a acapite canne siluestris oritur ⁊ extensus super ipsam descendit ⁊ cordam unam transmittit que in duas diuiditur cordas que medium constringunt ⁊ medicum. Et alter istoꝝ minor cuius ortus est a postremo cruris: cuius corda cum ipsum transmittit ī duas diuiditur cordas que indicem constringunt ⁊ minimuz. Et diuiditur ab unaquaqꝫ duaꝝ partium corda que cum eo quod ab alia diuiditur continuatur ⁊ fiunt corda una que ad pollicem peruenit ⁊ ipsum cōstringit. Et tertia corda quaz iam noīauimus a siluestri duaꝝ extremitatuz q̄ ī canna existunt domestica oritur: ⁊ inter duas descendit cannas ⁊ ex se partem transmittit ad pedez constringendum ⁊ partem ad primuz os pollicis. Et hoꝝ quidem musculorum digitos mouentium quos nominauimus situs est super crus ⁊ posterius. Illi vero quoꝝ situs est super plantam pedis. x. sunt musculi: ⁊ ī hoc quidem anatomici d̄cepti fuerūt. Sed primus qui istud sciuit fuit Galienus. Ipsi vero cum quinque continuantur digitis. s. cum uno quoqꝫ duo lacerti a dextra ⁊ a sinistra ⁊ mouent ut constringant ſꝫ rectitudinem si simul mouerint ⁊ ut declinent si unus mouerit.

Et ex eis quidem sunt quattuor super rasetā: quoꝝ unus unicuiqꝫ digito delegatus est: ⁊ duo q̇ ꝓprie sunt ad constringendum pollicem ⁊ minimum. Et isti quidez musculi adeo sunt permisti ut quz uni eoꝝ accidit nocumētum ꝓuenit inde ut reliquoꝝ operatio debilitetur in eo quod eoꝝ ē ꝓprium ut vicem istius aliquo modo gerant in eo quod huic est ꝓprium: ⁊ hac de causa difficile est vnum digitoꝝ pedis ꝓprie absqꝫ aliis constringer̄. Et ex musculis quidem pedis sunt quiqꝫ supra pedem positi qui ad siluestrem declinare solent ⁊ quinqꝫ sub eis positi quoꝝ unusquisqꝫ digitum ad illud quod ipsum sequitur trahit a parte domestica: ⁊ ipsum cummotu ad partem eleuat domesticam. Et isti quinqꝫ sunt cum duobus qui pollici ⁊ minimo sunt proprij ſꝫ similitudinem septem q̇ sunt in planta pedis ⁊ similiter decem primi.

Omnes igitur corporis musculi sunt quingenti ⁊ uiginti.

Capitulum primum sūme tertie doctrine quinte. ⁊ ē sermo uniuersalis de neruis ꝓprie.

Iuuamentoꝝ neruoꝝ alia sunt que sunt ſꝫ essentiam: alia sunt que sunt per accidens. Quod vero ſꝫ essentiam est ꝗ cerebrum eis mediantibus omnibus aliis mēbris iuuamentum prestat dādo eis sensuz ⁊ motum.

Sed quod est per accidens est ad hoc ut caro corroboretur ⁊ corpus fortius fiat. Et ex eis etiam est percipere id quod ex nocumentis membris accidit sensu carentibus sicut epar ⁊ splen ⁊ pulmo licet eniz membra ista sensum non habeant super ea tamen cinctorium positum est neruosum ⁊ panniculo tecta fuerunt neruoso que qum apostemata fuerunt aut uentositate tensa perueniet apostemosi grauedo aut uentositatis partitio ad cinctorium in ipsius radicem: ⁊ accidet ei ex grauedine attractio: ⁊ uentositate extensio ⁊ sentiet ipsā. Et neruoꝝ quidem principium secunduz modum scitum est cerebrum: ⁊ illud ad quod istoꝝ perueniunt extrema est superficies cutis. Cum cute eniz villi miscentur minuti ⁊ ī ipsa nerui partiuntur q̇ ei a membris que ipsi uicinantur adueniunt. ꝗ vero cerebrum neruoꝝ pricipium existit duobus est modis: quoniam quorūdaz eoꝝ ē principium secundum sui essentiam: ⁊ alioꝝ est pricipium mediānte nucha que currit ex eo: Ex neruis quidem qui a cerebro egrediuntur non iuuantur mēbra in sentiendo ⁊ mouendo nisi capitis ⁊ faciei membra ⁊ uisceꝝ interioꝝ. Aliquando vero mēbra hec iuuamenta non habent nisi a neruis nuche. Et Galienus quidem iā ostendit nobis sollicitudinem magnam que neruis a cerebro ad uiscera descendentibus est ꝓpria. Creator eniz de eoꝝ munitione sollicitus aliter ipsos muniuit ꝗ alios neruos: ⁊ illud est quoniam ꝓpterea ꝗ a principio elōgati fuerūt oportuit ut sustentarentur superflua affirmatione a musculis fortibus qui eos tegant ut panniculi ⁊ a corpore cuius essentia inter neruum ⁊ cartilaginē est media simili ei quod corpori neruī accidit qum torquetur. Et istud quidez est ex tribus locis quoꝝ unus est apud epiglotum. Et ſs qum ad costaꝝ radices ueniunt. Et tertius quz pectoris locum trāseunt. Factum est autem ut alij nerui a cerebro ꝓgredientes in quibus existit utilitas in sentiendo iuuamentum prestare penetrarent a sui principio ſꝫ rectitudinem ad mēbruz ad quod diriguntur: quoniam rectitudo ad id ad qđ dirigitur ꝓpinquiore deferetur uia: ⁊ illic ex hoc est impressio que manet ex principio fortior ⁊ ꝓpterea ꝗ in neruis sensibilibus non queritur de duritie que facit necessitatem elongandi a substantia cerebri cum circuitione ꝓpterea ut ad sui similitudinem in lenitate ordinatum elongetur quantum ī membris queritur motus: īmo quanto plus fuerunt leuiores plus fuerunt uirtutem sentiendi dātes. Sed factum est ut motiui ad id ad quod diriguntur eant post circuitiones in quibus ipsi incedunt: ꝓpterea ut a principio elongentur ⁊ in duritie ordinentur. In unoquoqꝫ etiaz duoꝝ modoꝝ ad id quod ex duritie ⁊ mollitie in ipso est necessarium ad iuuerunt ortum ipsoꝝ substantie: plurimi nanqꝫ eoꝝ qui sensum tribuunt ab antecessione oriuntur cerebri. Et partis quidem que est cerebri antecessio est essentia mollior: Et pluri eoꝝ q̇ motum prebent a postremo oriuntur cerebri.

Et partis que est cerebri postremum essentia ē magis spissa.

Capitulum secundum de anatomia neruoꝝ egredientium a cerebro et eoꝝ uijs.

A Cerebro septem neruoꝝ paria oriuntur primi paris principium est ex fundo duoꝝ uentriculoꝝ cerebri antecedentium apud duoꝝ additamentoꝝ uicinitatem mamillaꝝ extremitatibus similium quibus fit odoratus. Et ipsum quidem est paruum uentrem habens.

Et ille qui a sinistra oritur dextratur ⁊ ille qui a dextra oritur sinistratur: deinde sibi super sectionem cruceam obuiant: postea ille qui a dextra oritur ad pupillam dextram penetrat: ⁊ qui nascit̄

a ſiniſtra ad ſiniſtrā pupillā: quoꝝ adeo dilatātur orificia donec humorē qui uocatur uitreus cōpꝛehendant. ¶ Quidam uero qui non eſt Galienus dixit q̄ ad ſectionem cruceam ſine reflexione penetrant: ⁊ dixerunt q̄ in hac ſectione tria exiſtunt iuuamenta. ¶ Unum eſt ꝓpterea ne ſpiritus qui ad unam currit pupillam ad alteram ire ꝓhibeat quū acciderit nocumentum ⁊ ꝓpter hoc unaqueq̄ duaꝝ pupillaꝝ quū alter clauditur oculus in uidendo fit fortior ⁊ clarior q̄ ipſamet eſſet ſi altera intuente intueretur. Et ꝓpter hoc foraminis uuei dilatatio augumētatur quū alter clauditur oculus ⁊ hoc quidem eſt ꝓpterea q̄ ſpiritus uehementer uadit ad ipſum. ¶ Secūdum uero eſt ꝓpterea ut duo oculi unum habeant deſſerens quod uiſui ſimulacrum eis afferat ⁊ ibi uniatur ⁊ ſit duobus uidere oculis unū uidere ꝓpterea q̄ ſimulacrum in termino unitur cōmuni. Jdeoq̄ luſcis accidit ut ex re una uideant duas: quū una pupilla ſuperius eleuāt aut inferius deprimitur ⁊ deſtruitur rectitudo penetrationis foraminis ad ſectionē ⁊ an̄ cōmunē terminū accidit terminus torture nerui. ¶ Et tertiū eſt ut unuſquiſq̄ duoꝝ neruoꝝ ab alio ſuſtenietur ⁊ illi innitatur ⁊ fiant ac ſi ad pupillas ex ꝓpinquo uenirent. ¶ Secundū autem pariū neruoꝝ a cerebro ꝓcedentium naſcitur poſt ortum primi paris ⁊ ab eo ad ſiluestrem declinat ⁊ a foramine quod eſt in orbita que totū cōprehendit oculū egreditur: ⁊ in muſculis partitur oculi ⁊ hoc quidē par ualde eſt groſſum. Jdeo ut eius groſſities ſue parificetur mollitiei quam habere debuit ꝓpterea q̄ eſt circa principium: ⁊ confortetur in faciendo motū: ⁊ precipue cum adiutorē non habeat quū tertiū par ſit conuerſum ad mouendum magnū mēbrum quod eſt mandibula inferior quare ei non remanet ſuperfluitas imo adiutore alio a ſe indiget ſicut modo referemus. Tertii uero paris origo eſt a termino cōmuni inter anteceſſionem cerebri ⁊ ipſius poſtremū ſilicet ab infimo baſis cerebri quod primo cum quarto pari pauliſper miſcetur: deinde ab eo ſeparatur ⁊ in quattuor ramis ramificatur. ¶ Unus ramus ab ingreſſu egreditur uene ſubetie quam poſtea nominabimus ⁊ deſcendendo ſuper ceruicem uadit donec diaphragma pertranſeat ⁊ in uiſceribus que ſunt ſub diaphragmate partitur. ¶ Et hec quidem partis egreſſio eſt a foramine quod in oſſe exiſtit temporis q̄ quū egreditur cum neruo continuatur qui a quinto diuidit̄ pari: cuius modo nominabimus diſpoſitionem. Et ramus tertius in foramine deſcendit a quo ſcꝫ egreditur par quoniam ipſius directio eſt ad membra in anterioribus faciei poſita: Et neq̄ fuit conueniens ut in penetratione primi paris uentrem habentis penetraret quia nobiliori neruoꝝ coanguſtationem faceret ⁊ ipſum cōprimeret ⁊ uia cooperiretur. ¶ Et hec quidem pars quū ſeparatur in tres diſtribuitur ſectiones. Quaꝝ una ad partem lacbrymalis declinat ⁊ uadit ad muſculos tempoꝝ ⁊ maſticantium: ⁊ ſupercilij ⁊ frontis ⁊ palpebre. Et pars ſecunda per foramen uadit ap̄ oculos creatum ⁊ inde ad naſi tendit interiorem ſuperficiem ⁊ in tunica ſpargitur que in interioribus naſi eſt expanſa. ¶ Pars quoque tertia eſt pars non parua in concauitate deſcēdēs barbachi q̄ in oſſe maſſylle eſt facta ⁊ duobus ramificatur ramis. ¶ Unus uadit ad interiora concauitatis oris ⁊ in dentibus ſpargitur. ſed illud quod inde pertinet dentibus eſt manifeſtum: quod uero inde aliis pertinet ē uiſui ſicut occultum ⁊ in gingiua etiam ſpargitur ſuperiore. ¶ Alter autem ramus in mēbroꝝ ſpargitur ſuperficiebus que ſunt ibi ſicut cutis maxylle ⁊ extremitatis naſi ⁊ labij ſuperioris. he quidem ſunt ſectiones partis tertie paris tertij. ¶ Quartus autem ramus tertij paris uadit penetrās a foramine ſuo quod ī mandibula exiſtit ſuperiorī ⁊ uadit ad linguam ⁊ in eius manifeſta diuiditur tunica ⁊ tribuit ei ſenſum ꝓprium qui ē guſtus ⁊ illud quod remanet in dentium retis inferioꝝ ⁊ in ipſoꝝ gingiuis diuiditur: ⁊ in labio inferiori: ſed pars que peruenit ad linguam ſubtilior eſt q̄ neruus oculi: quoniam iſtius duritiem ⁊ illius mollitiem temperant groſſities illius ⁊ ſubtilitas iſtius. ¶ Quarti uero paris origo eſt poſt tertium ſcꝫ ad cerebri baſim eſt magis declinans ⁊ cum tertio q̄admodum diximus miſcetur deinde ab eo ſeparatur ⁊ ad palatum uadit ⁊ dat ei ſenſum quod quidē eſt paruū ſed ē plus durum q̄ tertium quia palatum ⁊ palati panniculus durior eſt lingue panniculo. Sed ununquodq̄ paris quinti impar cum duobus naſcit̄ mediis ſcꝫ dupli formam: imo multi illoꝝ tenent q̄ ununquodq̄ ipſius impar eſt par cuius quidem origo a duobus eſt cerebi lateribus. ¶ Et pars quidem prima cuiuſq̄ paris ipſius ad panniculum uadit qui in interioribus īſtrumenti auditus ē dilatatus ⁊ ī eo diuiditur totus: Et huius quidem diuiſionis origo proculdubio eſt a parte cerebri poſteriore ⁊ per ipſam eſt audiendi ſenſus ſed ſecūda diuiſio eſt maior prima. Jpſa nanq̄ egreditur a foramine quod in oſſe perforatum eſt petroſo. Et ipſe quidem eſt qui uocatur monoculus ⁊ cecus ꝓpterea q̄ multum torquetur ⁊ eius uie in obliquationibus incedunt ideo q̄ uoluntas aſſuit prolongandi ſpatium ut eius finis a principio remoueretur. ꝓpterea ut neruus anteq̄ inde egrederet̄ a principio eſſet longinquus ideo ut durities ei inde acquireretur. Quumq̄ egreditur cum neruis tertij paris miſcetur quoꝝ plurimi ad maxyllam ⁊ ad palati uadunt muſculum: ⁊ quod remanet ad muſculos ꝓtenditur tempoꝝ. ¶ Guſtus autē ī quarto creatus fuit neruo. Et auditus ī quinto: quoniam inſtrumēto auditus fuit neceſſarium ut eſſet diſcoopertū ne aeris uia ad ipſū clauſa foret: ⁊ īſtrumēto guſtus fuit neceſſarium ut eſſet minutum ꝓpterea oportuit ut nerui auditus eſſent duriores. Et ideo origo cerebri eoꝝ poſtremo fuit ꝓpinquior: ⁊ neq̄ oculis muſculis unus ſufficit neruus: ⁊ muſculoꝝ tempoꝝ nerui multiplicati fuerunt niſi quia foramini oculi multa neceſſaria fuit amplitudo ꝓpterea q̄ neruus uirtutē afferens uiſus multa indiguit groſſitudine i deo quia ei neceſſarium fuit uentrem habere: non ergo os quod ad cōprehendendum oculum eſt perforatum multa foramina tollerare potuit. Temporis uero neruis multa fuit durities neceſſaria: ſcꝫ groſſitudie mīta nō indiguerī: imo groſſitudo eēt faciēs motus difficultatē ⁊ etiam egreſſio quam in oſſe duro petroſo hadēt

potest foramina tollerare multa. ¶ Par uero sextum a postremo oritur cerebri cum quinto continuum ⁊ cum eo panniculis ⁊ ligamentis ligatum ac si esset unus neruus: deinde separatur ab eo ⁊ egreditur a foramine quod est in extremitate adorez quod laude similatur. Et ipsum quidem anteꝙ egressum esset iam in tres diuisum fuit partes q̄ omnes simul ab hoc egrediuntur foramine. Una eaꝝ ad gule musculos suos protenditur itinere ⁊ ad lingue radicē ꝓpterea ut par septimū in ipsoꝝ adiuuet motu. Et pars secunda ad musculos descendit spatule ⁊ eius quod est circa eam: ⁊ ipsius plurimum in musculo spargitur lato qui est super spatulam: ⁊ hec quidem pars est magne q̄titatis ⁊ suspensa penetrat donec perueniat ad quod dirigitur ¶ Pars uero tertia que maior est ex tribus partibus ad uiscera descendit in ascēsione uene subetiꝭ ⁊ est illi annexa ⁊ cum ea ligata ex qua cum rectitudine est epiglotis separantur rami qui ad musculos ueniunt epiglotales quoꝝ capita sunt ad superiora qui epigloti ⁊ ipsius eleuant' cartilagines.

¶ Cumq; epiglotim pertranseunt ex eis ascēdūt rami qui ad musculos uadunt capita ad inferiora habentes: ⁊ ipsi sunt qui ad cymbalarim claudendam sunt necessarij qum ad inferiora trahere' necessarium est. ⁊ pp hoc uocantur nerui retro redeuntes. ¶ Hic autem neruus retro rediens nō egressus fuit a cerebro ⁊ non a nucha nisi ppea ꝙ si a nucha ascenderent ab ipsoꝝ principio subirent trāsuersi et non recti et ad inferiora attractio cum eis non proueniret ꝫ actionem decentem. Et ipsi quidem non de sexto pari creati fuerunt nisi ppea ꝙ illud quod ex neruis ē molle aut molli uicinū. s. illud quod fuit ex eis anteꝙ sextum iam in musculis faciei ⁊ capitis ⁊ in eo quod in eius fuit diuisum: ⁊ septimum etiam non ꝫ rectitudinem descēderet queadmodum sextum descendit imo procul dubio transuersitas eos comitaretur: ⁊ ppea ꝙ illud quod ascendit ⁊ redit qn̄q; indiget re firma cui innitatur ad similitudinem girgilli ut super ipsam reuoluatur ascendens: ⁊ ex ea adiuuetur ut sit situs ipsius r̄ctus ⁊ durus: ⁊ fortis: ⁊ leuis. ⁊ iuxta positus non fuit ibi ad hoc idoneum sicut arteria maior. ¶ Et illud quod ex istis ramis a sinistra ascendit hanc inuenit 'arteriam ipsa recta ⁊ grossa ergo super eam reflectitur non multa indigens firmitudine. A dextra uero ascendenti: hec non uicinatur arteria ad modum primi: sed uicinatur ei postꝙ iam accidit ei puitas pp ramoꝝ diuisionem qui iam ex eo egressi fuerunt cui etiam iam defuit rectitudo in situ quia transuersatus fuit ad ascellaz declinando: fuit ergo necessarium ut ipsi re aliqua affirmarentur cui inniterentur cum ligamentis in quibus rami stringerentur: ideo ut per ipsos illud quod defuit ex rectitudine grossitie in situ corrigeretur. ¶ Et sapientia quidem in hos redeuntes ramos elongando est ut talis qualis est hec suspensio ꝓximi fiant ⁊ propter 'elongationem a principio fortitudinem habeant ⁊ duritiem: Ex neruis autē redeuntibus fortior est ille q̇ ī duabus musculoꝝ epiglotis spargitur tunicis cum alijs neruoꝝ adiuuātium ramis postea illud quod ex hoc remanet neruo descendit a quo rami separantur qui in panniculis sparguntur diaphragmatis ⁊ pectoris: ⁊ in musculis ipsius: ⁊ in corde: ⁊ ī pulmone: ⁊ in uenis: ⁊ in arterijs que ibi sunt. ¶ Illud uero quod remanet penetrat in diaphragma: ⁊ associatur ei quod ex parte tertia descendit ⁊ in panniculis panniculus spargitur uiscerum ⁊ peruenit ad os latuz Septimi autem paris origo est termino cōmuni q̇ est inter cerebrum ⁊ nucham cuius plurimum incedit se in musculis spargendo linguam mouentibus ⁊ in musculis inter peltalem ⁊ os laude cōmunibus ⁊ est qum ipsius residuum in alijs spargitur musculis qui huic musculo sunt uicini: non tamen semper est istud ⁊ ꝓpterea ꝙ alij nerui ad alias reducti fuerunt necessitates: ⁊ neq; fuit bonum ut foramina in anterioribus neq; in inferioribus multiplicarētur: fuit melius ut ad lingue motum neruus ab hoc loco ueniret: quia ipsius sensus iam ei ab alio uenit loco.

¶ Capitulum tertium de anatomia neruoꝝ nuche ⁊ colli ⁊ uijs eoꝝ.

NErui ex nucha nascentes qui per colli uadunt spondiles octo sunt paria. ¶ Unius paris egressio a duobus est spondilis prime foraminibus quod in capitis musculis solum spargitur: ⁊ est paruum minutum: quoniam melius fuit ut locus a quo egreditur sit angustus quē admodum in capitulo de ossibus diximus. Et ꝭi q̇dem paris egressio est inter spondilem primam ⁊ secundam. s. foramen in loco uel capitulo de ossibus nominatum cuius plurimum capiti tangendi sensum defert. transuerse enim ad id quod in spōdilibus est suppremum ascendit ⁊ ad anteriora reflectitur: ⁊ super tunicam extrinsecam aurium spgitur. Et ꝙ par primum minus facit ꝓpter sui puitatem ⁊ abbreuiationem ob quam expandi expedite non poterat ⁊ dilatari in locis qui sequntur ipsum complete emendat. ¶ Quod autem ex hoc remanet pari ad musculos qui sunt in pesterioribus colli ⁊ ad musculum latum uenit ⁊ eis dat motum. Et paris tertij origo ⁊ ipsius egressio est a foramine quod est inter secundam ⁊ tertiam. ¶ Et unusquisq; eoꝝ in duos partitur ramos: Ab uno ramo sparguntur rami in ꝓfundo musculorum q̇ sunt ibi ⁊ proprie caput cum collo mouētiuz: deinde ad spondilium ascendūt spinas ⁊ qum in eaꝝ rectitudine ueniunt ad radices tenentur eaꝝ: ⁊ post ad ipsaꝝ eleuantur capita ⁊ cum ligamentis miscentur panniculsribus que ab illis nascuntur simenijs posteaad partem aurium reflectendo penetrant ⁊ ī nō oī homie ad aures perueniunt et aurium musculos mouent. ¶ Et ramus secundus ad anteriora uadit donec admusculum peruenit latum: Et cū hoc quidem primum qum nascitur miscentur uene ⁊ musculi qui ipsum cooperiunt ꝓpterea ut in seipso sit fortior: Et est etiam quando cum musculis miscetur temporum et cum musculis auriuz in bestiis. ¶ Plurimum tamen sparsionis ipsius non est nisi in musculis maxyllaꝝ. Quarti uero paris egressio est a foramine quod inter tertiam existit et quartam et partitur sicut ille qui est ante ipsum parte antecedente et parte posterius consequente: sed pars eius que antecedit est parua et ideo cum quinto miscetur. ¶ Et quidā iā dixerūt

ꝙ ab ea penetrant rami ſicut aranee tela extenſi ſuper uenam ſubeti donec ad diaphragma ꝑueniunt ſeparans ſuper duo latera diaphragmatis pectus in duo media partientis incedentes. ¶ Sed eius pars maior ad poſteriora reflectitur: ⁊ ĩ fundo muſculoꝝ ꝓfūdatur donec ad ſiſienia uadit ⁊ muſculis mādat ramos qui inter caput ⁊ collum ſunt cōmunes: ⁊ deinde itinere ſuo ad anteriora reflectendo uadit: ⁊ cum muſculis maxylle et aurium in animalibus continuatur. Et dixerunt ꝙ ab eo ad dorſum deſcendit ramus. ¶ Quinti aūt paris egreſſio eſt a foramine quod eſt inter quartam ⁊ quintam quod etiā ĩ duos partitur ramos ꝟnus ramus. ſ. iſte qui eſt antecedens ⁊ ipſe minor ad muſculos peruēit maxyllaꝝ: ⁊ ad muſculos qui caput anterius curuāt ⁊ ad alios muſculos qui capiti ⁊ collo ſunt cōmunes. Et ramus ſecundus in duos diuiditur ramos. Unus ramus inter primum ⁊ inter ramum ſecundum eſt medius ⁊ ꝑuenit ad ſpatule ſuppremuꝫ ⁊ miſcetur cum eo q̄dam ſexti ⁊ ſeptimi. ¶ Et ramus ſecūdus cum ramis quinti ⁊ ſexti ⁊ ſeptimi miſcetur ⁊ ad mediuꝫ penetrat diaphragmatis. Par uero ſextum ⁊ ſeptimum ⁊ octauum ab alijs ſꝫ ordinem egrediunt̄ foraminibus: ſed octaui egreſſio eſt a foramine cōmuni inter finem ſpondilium colli ⁊ inter primaꝫ ſpondilium dorſi: ⁊ eoꝝ rami uehementi cōmiſcētur miſtura. Sed plurimum ſexti ad ſpatule peruenit ſuperficiem ⁊ pars eius maior parte que eſt ex quarto ⁊ minor parte que eſt ex quinto peruenit ad diaphragma. Et plurimum ſeptimum peruenit ad adiutorium licet ſint quidam ex ipſius ramis qui ad muſculos capitis ⁊ ad colli ⁊ ad dorſi cum ramis quinti aſſociati uadunt ⁊ ad diaphragma perueniūt. ¶ Sed octaui poſt cōmiſtionem ⁊ ſocietatem omnes ad brachium ⁊ aſeid perueniunt ⁊ neqꝫ eſt aliquis eoꝝ qui ad diaphragma ꝑueniat ſed tamen ille qui ex quinto ad partem manus tendit non tranſit ſpatulam ⁊ ex ſeptimo non tranſit adiutorium: ſed ille qui ad ſpatulam peruenit ad brachium eſt ex octauo miſto cum primo ramo qui naſcitur ex ſpondilibus ⁊ ad dorſum uadit. Nerui autem iſti in diaphragmate partiti non fuerunt niſi nerui nuche: ꝓpea ut ad ipſum ueniēs ab alto foret deſcendens loco: ideo ut eius partitio in ipſo eſſet melior: ⁊ p̄cipue q̄a prima eoꝝ directio fuit principium panniculi pectus per mediū partientis. ¶ Et impoſſibile quidem erat ut nerui ad ipſū a nucha dir̄cte uenirēt abſqꝫ fractura cū āgulo. Et ſi omnes nerui qui ad diaphragma deſcendunt a cerebro ꝓtenderentur ipſoꝝ ꝓlongaretur inceſſus: ⁊ neqꝫ eoꝝ neruoꝝ continuitas cum medio diaphragmatis poſita fuit niſi ꝓpterea ꝙ n̄ fuit conueniens ut ĩ ipſo ſꝫ iuſtitiam ⁊ equalitateꝫ ſpargerentur ſi cum extremitate ⁊ non cuꝫ medio continuarentur: aut ſi cum tota continuarentur circuitione: ⁊ eſſet hoc contrarium uie que eſt neceſſaria: quoniam muſculi non faciunt aliquid moueri niſi extremitatibus ſuis: ꝓpterea illud quod ex diaphragmate mouetur eſt illud quod eſt circuens. oportuit ergo ut in ipſo finirentur nerui ⁊ nō ut in ipſo inciperent. Et quoniam neceſſarium fuit eos ad medium uenire oportuit neceſſario ut pē

derent. oportuit ergo ut ipſi defenderentur ⁊ panniculis cum munitione tegerentur. tecti ergo panniculis fuerunt cum munitione defendente in qua eis aſſociatur panniculus qui pectus per medium partitur ſuper quem miſti ꝑrexerunt ⁊ quia huius membri operatio fuit nobilis facta fuerunt neruis eius principia multa ne eius operatio ꝓpter aliquod deſtrueretur nocumentum quod uni accideret principio.

¶ Capitulum quartum de anatomia neruoꝝ nuche ſpondilium q̄e ſunt in rectitudine pectoris.

PRimi ex paribus ipſoꝝ egreſſio eſt inter primaꝫ ſpondilium ⁊ ſecūdā pectoris qd̄ in duas diuiditur partes que maior in oībus muſculis ſpargitur coſtaꝝ ⁊ muſculis dorſi Et quod remanet ſuper primas coſtas extenſum procedit: ⁊ octauo neruoꝝ colli obuiat ⁊ ſimul ad manus ꝓtenduntur donec ad adiutorium ⁊ ſpatulam perueniant. ¶ Par uero ſecundum a foramine egreditur quod predictum ſequitur foramen: cuius pars ad adiutoriū tēdit ſuperficiem dans ei ſēſum: ⁊ ipſius reſiduuꝫ cum alijs partibus que remanſerunt agregantur ⁊ ad muſculos ſpatule qui ſuper eam ſunt poſiti deſcendunt ipſius mouentes iuncturam ⁊ ad muſculos perueniunt dorſi.

¶ Qui igitur ex neruis iſtis ſpondilium pectoris oriuntur ⁊ ramis qui ad ſpatulam non ꝓtendunt̄ ad muſculos dorſi uadunt ⁊ ad muſculos qui ſunt ĩter coſtas puras ĩ poſterioribus pectoris poſitas. ¶ Qui uero ex ſpondilibus falſaꝝ naſcuntur coſtarum ad muſculos ueniunt qui ſunt inter coſtas ⁊ ad muſculos uentris. Cum iſtoꝝ neruoꝝ pretere a ramis arterie ⁊ uene quiete currunt ⁊ nucham ĩgrediuntur per loca inferiora unde ipſi egrediūt.

¶ Capitulum quintum de anatomia neruoꝝ nuche alchatin.

NErui alchatin in hoc cōmunicant ꝙ pars eoꝝ ad dorſi muſculos peruenit: ⁊ pars ad muſculos uentris: ⁊ ad muſculos qui ſunt in dorſo expanſi. Tria autem ſuperiora cum neruis miſcentur qui a cerebro ſunt deſcendētes ⁊ non alia. ¶ Et duo paria inferiora ad partem crurium multos tranſmittunt ramos cum quibus rami tertii paris ⁊ ramus nerui primi ex alhauiꝫ miſcetur: ſed iſti duo rami anche non tranſeunt iūcturam: ſed in ipſius ſparguntur muſculis: ⁊ illi eos pertranſeunt incedendo ad crura. ¶ Neruoꝝ autem crurium ⁊ pedū forma a neruis manuum ſeparatur ĩ hoc ꝙ non omnes coniunguntur ⁊ declinant ſubmerſi incedendo ad occultum: nō eniꝫ eſt forma continuitatis adiutorij cum ſpatula ſicut forma continuitatis coxe cum ancha: neqꝫ eius continuitas cum origine ſuoꝝ neruoꝝ ſicut continuitas ipſius cum ſuoꝝ neruoꝝ origine. Et iſti quidē nerui ad partem cruris diuerſis tendūt itineribus ¶ Sunt enim ex eis qui occultantur ⁊ ſunt ex eis qui manifeſtantur ⁊ ſunt ex eis qui ſubmerguntur ſub muſculis cooperti. Et quia muſculi qui a p̄te oſſis femoris oriuntur uias ad utroſqꝫ pedes non habuerunt a poſterioribus corporis neqꝫ ab occulto coxaꝝ ꝓpterea ꝙ ſūt ibi muſculi multi ⁊ uene: factū fuit ut pars neruoꝝ qui ſūt ꝓprij muſculoꝝ

qui sūt in pedibus curreret ⁊ penetraret i foramie quod ad testiculos descēdit donec ad musculos uadat femoris ⁊ descendat ad musculos poplitis.

Capitulum sextum de anatomia neruoꝝ nuche albauim ⁊ albosos

PRimum par ex albauim miscetur cū neruis alchatin sicut diximus. Alia uero paria ⁊ impar quod ab extremo oritur albosos in musculis sparguntur sicceris ⁊ ipsius uirge: ⁊ in musculo uesice ⁊ matricis: ⁊ in panniculis uentris: ⁊ in partibus domesticis interioribus ossis femoris: ⁊ in musculis qui nascuntur ab osse albauiz.

Capitulum primuz sūme quarte doctrine quinte: ⁊ Et est sermo de forma arteriaꝝ.

VEne pulsatiles sunt arterie que create fuerunt preter unaz eaꝝ duas habētes tunicas quaꝝ durior est occulta: quoniam ipsa est illa q̄ pulsatiōi obuiat: ⁊ forti motui substantie spiritus que celari noluit: ⁊ ipsius receptaculuz custodiendum ⁊ corroborandum fuit. Arteriaꝝ āt origo ē a sinistro uētriculo duoꝝ uentriculoꝝ cordis: quoniam dexter eoruz epati est propinquior: quaꝑpter oportuit ut ipse poneretur occupatus in attrahendo nutrimentuz exercendo ipsum

Capitulum secūdum de anatomia arterie uenalis.

QUod in primis a sinistro oritur uentriculo due sunt arterie una ad pulmonem uadit ⁊ in ipso partitur: ꝑpterea ut aer attrahatur ⁊ sanguis qui pulmonem nutrit a corde deferatur: a corde quia transitus nutrimenti pulmonis est ad cor ⁊ a corde uadit ad pulmonem Et huius quidem partis origo est ex partium cordis subtiliore ⁊ ubi uene ad ipsum penetrant que ē unam habens tunicam ab omnibus alijs arterijs diuersa ⁊ ꝑpter hoc uocant ipsam arteriam uenalem Ex una autem creata fuit tunica ut sit mollior ⁊ lenior ⁊ ad dilatandum ⁊ ad cōstringendum magis obediens: ⁊ ad resudationem eius faciendam ꝙ ab ea ad pulmonem resudat ex sanguine subtili uaporoso qui substantie pulmonis magis est conueniens sit apta. s. qui complemento digestionis in corde iam ꝓpinquus fuit. Et neque est ei necessaria superfluitas digestionis sicut ea indiget sanguis q̄ in uena currit uentrem habente quaz modo nominabimus ⁊ ꝓprie quoniam eius locus est iuxta cor ⁊ uadit ad ipsum eius uirtus calida facile digerens ⁊ etiam quia mēbrum in quo pulsat est raꝝ ⁊ non timetur quz pulsauerit in illo raro ⁊ percussierit ꝙ ipsius durities ei noceat ⁊ ꝑpter hoc in corpore ipsius non tantuz duritiei fuit necessarium quanto alie indiguerunt arterie que sunt mēbris duris uicine. Uena autem arterialis quam dicam licet pulmoni sit uicina nō tamen ei uicinatur nisi ipsius postremuz a parte dorsi: ⁊ hec arteria uenalis in antecedente pulmonis parte spargitur: ⁊ in ipso submergitur que iam quidem in partes et ramos diuisa est. Sed quz inter duas huius arterie necessitates comparatuz fuerit que attenduntur s3 firmitudinem ⁊ lenitatem que facit ei dilatatione facilem ⁊ constrictionem: ⁊ resudationem eius qđ ab ea resudat inuenietur ꝙ lenitas magis est ei necessaria ꝙ̄ spissitudo ⁊ firmitudo. Aliam autem arteriam que est maior quaz Aristoteles uocat orithi in primis qū ex corde oritur duos transmittit ramos ex quibus maior in circuitu cordis reuoluitur ⁊ in suis conuertitur partibus: ⁊ minor reuoluitur ⁊ in uentriculo spargitur dextro. Quod autem post duos remanet ramos qum separatur i duas diuiditur partes una pars est maior, ⁊ ad descendenduz apta ⁊ altera est minor ⁊ est apta ad ascendenduz. Et que est apta ad descendenduz creata fuit in quātitate sui super aliā addēs. quoniā ad mēbra tendit que numero sunt plura ⁊ in quantitate maiora ⁊ hec quidē sūt mēbra que sub corde sunt posita. Super orithi autez essentiaz uel egressionez tres duri consistunt panniculi ab anterioribus ad posteriora: si eniz unus aut duo fuissent non preberent iuuamentum quod in eis queritur neq; ipsius ꝙ̄titatez: aut ipsoꝝ ꝙ̄titates magnificando ⁊ fieret motus ꝑ ipos difficil'. Qđ si eēt quattuor fierent ualde parui ⁊ destrueretur iuuamentuz eoꝝ ⁊ si in suis ꝙ̄titatibus magni fierent uiaz coangustarent. Uenalis arteria duos habet panniculos ad interiora declinantes ⁊ duo quidez suffecerunt quia non est ibi tātuz necessitatis benefaciendi formaz ꝙ̄tuz est hic: i subtiliando uero est ibi plus necessitatis ideo ut fumosum uaporem expellere sit facile: ⁊ sanguinem ad pulmonez euntez i parte orithi que ex duabus partibus est ascēdēs.

Capitulum tertiuz de anatomia arterie orithi ascēdentis.

PArs autez que a duabus orithi est ascendens in duas diuiditur partes quaꝝ maior ad partem lebriati ascendendo tendit deinde ad partem transuersatur dextram donec ad carnem laxam moro similem peruenit que est ibi. Et in tres diuiditur partes quaꝝ due sunt due arterie que subeteni uocantur ⁊ ad dextram ⁊ ad sinistram cum duabus ascendit guidegis ꝓfundis quas postea nominabimus ⁊ in diuidendo cuz eis associantur sicut post referemus. Pars autem tertia i thorace spargitur ⁊ costis primis ⁊ in sex spondilibus colli superioribus ⁊ in ꝑtibus furcule donec ad caput peruenit spatule: postea ex inde ad manuuz pertrāsit mēbra: pars uero minor ex partibus orithi ascendens ad partem ascelle uadit ⁊ diuiditur sicut pars tertia maioris partis.

Capitulū quartū de anatomia duaꝝ arteriaꝝ q̄ subeteni uocantur.

VNaqueq; duaꝝ arteriaꝝ que subetēi uocantur qum ad colluz perueniunt in duas separantur partes: partez anteriorem ⁊ posteriorem: Anterior uero pars in duas seqstratur partes: occultam que ad linguam tendit ⁊ ad musculos occultos: qui sunt musculi mandibule inferioris ⁊ ad partem que manifestatur ⁊ ascendit ad illud qđ est corā duabus auribus ⁊ ad musculos tēpoꝝ ⁊ pertransit eos postq̄ in eis relinquit ramos multos: ⁊ ad capitis cacumen tendit: ⁊ obuiant sibi dextre eaꝝ existentes cū extremitatibus

sinistre. ¶ Pars autē secunda in duas diuidit̄ par
tes posterior quaꝝ minor plus ad posteriora ele
uat̄ ⁊ in musculis q̇ capitis sunt continentes iūctu
rā spargit̄. Ex qua etiā ē ꝙ ad basim postremi cer̄
bri tendit in foramē ingrediēs magnū qd̄ est apud
dōrez laudā. ¶ Maior autē corā foramine i fo
ramine petroso ad rethe ingredit̄ imo ῐthe ex ea
texit̄. s. ex venis in uenis ⁊ tunicis sup tunicas et
rugis sup rugas: ita vt nemo ex eis vnā solā app̄
hendere possit: nisi cū alia cōtinuā ⁊ cū ea ligatam
sicut rethe ⁊ spargit̄ ad anteriora ⁊ posteriora ad
dexterā ⁊ sinistrā ⁊ uadit per totū rethe deīde ag
gregat̄ ex ea pte sicut erat añ ⁊ format̄ ei pannicu
lus ⁊ ascendit ad cerebrū ⁊ spargit̄ in ipso pannicu
lo subtili postea interius in cerebro in suis ventri
culis ⁊ siphac ventriculoꝝ ipsius ⁊ ramoꝝ suoruz
orificia sibi obuiant q̄ ibi ascenderūt quēadmoduz
ramoꝝ venaꝝ orificia ñ pulsatiliū q̄ dscenderūt.
¶ Nō autē fcā fuerūt ista ascendentia ⁊ illa descē
dentia nisi ꝓpterea ꝙ illa sunt rigantia ⁊ fundētia
sanguinē quoniā melior ex sitibus suoꝝ vasoꝝ ri
gantiū ē vt coꝝ extrēitates sint capita ad inferiora
hñtes: sed ista iuuamentū p̄stat in dando spūz.
¶ Et spūs q̇dē ē subtilis ad supiora mobilis. Et neq3
est necesse suoꝝ vasoꝝ capita ad inferiora reduce
re donec fundant imo si hoc fieret: multa inde ꝑ
ueniret effusio sanguis q̇ ei associat̄ ⁊ difficltas mo
tus sp̄s in eis quoniā ipsius motus ad supiora ē fa
cilior ⁊ ꝓpt̄ illud qd̄ in spū existit ex motu ⁊ sub
tilitate sufficit in eo ꝙ ex ipso ad cerebrū vadit il
lud qd̄ est necesse vt calefaciat ip̄z. ¶ Et sub cere
bro q̇dē nō fuit expansum rethe nisi vt redeundo
incedat sanguis q̇ est in arteria. ⁊ spūs q̇ in ea exi
stit cōplexioni cerebri post digōez sil̄ct. ⁊ deinde
secundū ordinē ad cerebrū vadat. Et rethe q̇dē in
ter os ⁊ panniculum duꝝ est positūz.

¶ Capitulū q̇ntū de anatomia ptis orithi dscēdētis.

Pars aūt orithi descendens primū s3 recti
tudinē incedit donec sup q̇ntā mittit spō
dilē cuius situs capitis cordis situi ē op
positus ⁊ ibi q̇dē ē pulmo sicut accubitatio ⁊ sustē
tamentum ipsi ad hoc vt inter ipsum ⁊ ossa dorsi
sepationē faciat. ¶ Meri quoq3 qū ad hunc pue
nit locū ab eo ad dextrā declinat ⁊ ñ s̄m rectitudi
nē transit deīn cū panicul' appēsus incedit qū ad di
aphragma puenit ne ip̄z coagustet. ¶ Et hec q̇dē
arteria descendens qū ad spondilē. 5. puenit ad in
feriora trahit̄ extēdēdo se supra dorsum dōec ad
os puenit qd̄ est ex albāuiz. Et qū ē in pectoris re
ctitudine transit iñ ⁊ dimittit ibi ramū subtilē puū
⁊ dispgit̄ in receptaculo vase pulmonis qd̄ est ex
pectore ⁊ pueniunt extrēa ipsius ad cānā pulmōis
⁊ ipsa q̇dē ñ cessat dimittendo in oibus spondilib3
ꝑ quas vadit ramū q̇ inter costas ⁊ nuchā incedit.
¶ Quūq3 ptransit pectus ex ea due diuidūtur arte
rie q̄ ad diaphragma pueniūt ⁊ in ipso a dextra sp
gunt̄ ⁊ a sinistra. Deinde dimittit arteriā cuius ra
mi in stō ⁊ epate ⁊ splene spgunt̄ ⁊ ipsius rami ab
epate egrediunt̄ ⁊ ad vesicā vadūt. ¶ Et postea
orit̄ arteria q̄ ad gedeguil q̄ sunt in circuitu minu
toꝝ intestinoꝝ ⁊ colon vadit. Deīde post hos trs
ab ea sepant̄ rami quoꝝ mior rēi sinistro propius
est ⁊ in ip̄ius spgit̄ fascijs ⁊ i corporibus q̄ ip̄z cir
cundant ⁊ eis iuuamentū p̄bet dando eis vitā.
¶ Alij autē duo ad duos vadunt renes ideo vt cū eis
ren sanguis aquositatē trahit quoniā multotiens a
stō ⁊ intestīs sanguinē trahūt ñ puꝝ. Postea uero
due sepant̄ arterie q̄ ad testiculos vadūt s3 q̄ ex e
is ad testiculū puēit sinistrū ei sēp associat̄ q̄ ad re
nē puenit sinistrū. ¶ Immo forsitan ē qū ñ ē illd̄
qd̄ ad sinistrū puēit testiculū nisi tantū ex rene sini
stro. Et eius q̄ ad dextrū puēit testiculū origo sēp
ex maiore arteria ⁊ raro contingit vt cū aliquo e
ius q̄ ad dextrū puenit rnē associet̄. Postea ab hac
arteria maiore due sepant̄ arterie q̄ in vijs vēarū
spargunt̄ q̄ in circuitu recti sunt intestini ⁊ rami q̇
in nucha spgunt̄ in foramie spondiliū egrediuntur
⁊ vene q̄ ad duo vadunt ilia ⁊ alie q̄ ad testiculos
vadūt. Ex istius autē sūma par egredit̄ paruū qd̄
ad vuluā vadit p̄ter illud qd̄ noiabimus postea.
Et istud ē in viris ac mulieribus ⁊ miscent̄ cuz eis
vene non p̄lsatiles. Postea hec maior arteria quz
ad finē puēit spondiliū diuidit̄ cū vena nō pulsatili
q̄ sibi associat̄ sicut dicēus in duas partes secunduz
silitudinē laude in scriptura greca hoc modo. V.
¶ Una pars eaꝝ dextrat̄ ⁊ altera sinistrat̄ quaꝝ una
q̄q3 sup os albāuim eq̇tat vadens ad coxas. Uerū
tñ añꝙ ad coxas perueniat vnaq̄q3 ipsaꝝ venā di
mittit q̄ ad uesicā tendit ⁊ ad sumen ⁊ sibi apd̄ su
mē obuiant ⁊ in nō natis manifeste apparent s3 in
cōpletis eaꝝ extrēa iā siccata fuerūt ⁊ radices ῐmā
sere eaꝝ. ¶ Et ab ipsis q̇dē diuidunt̄ rami q̄ i mu
sculis spargūt̄ q̇ super os albāuiz sunt positi. Et il
lud qd̄ ad vesicā peruēit ex eis in ea ptit̄ cuius ex
trēa pueniunt ad virgaz ⁊ ipsius residuū in mulie
ribus vadit ad mr̄icē ⁊ ē par paruū. ¶ Due uero
ad pedes descendentes in coxis in duos diuidūt̄ ra
mos magnos. s. siluēz ⁊ domesticū ⁊ in siluestri
etiā ē declinatio ad dōesticū ⁊ ramos in muscul' q̇
sunt ibi positi dimittit: postea descēdit ⁊ declinat
ex eo ad anteriora ramus magnus inter pollicē ⁊ i
dicē ⁊ qd̄ remansit occultatur ¶ Et ipse quidem in
plurimo partiū pedis penetrat̄ tense sub ramis ue
naꝝ ñ pulsatiliū quas postea noiabimus. ¶ Ex his
autē pulsatilibus sunt q̄ ñ pulsatilibus ñ associat̄ si
cut due q̄ ab epate ad sumē in corporibus ñ nato
rū perueniunt ⁊ ramus pulsatil' ñ pulsatilis. ⁊ p̄lsa
tilis q̄ ad spondilē penetrat q̇ntā ⁊ ascendēs ad la
leblā ⁊ declinans ad ascellā ⁊ due subeteni q̄ spar
gunt̄ in reti ⁊ in secundina ⁊ illā q̄ penetrat vel q̄
peruenit ad diaphragma ⁊ illa q̄ ad epar cū suis pe
netrat ramis. ⁊ illa q̄ ad stōuz ⁊ epar ⁊ ad splenez
⁊ intestina venit ⁊ ille q̄ de mirach ventris descē
dūt ⁊ vene q̄ sunt in osse albāuiz solūmō. Qñz ar
teria vene associat̄ ñ pulsatili super dorsum eq̇tat
arteria super venā ñ pulsatilē ꝓpterea vt ignobi
lius amboꝝ sit deferens nobilius. ¶ In mēbris
autē manifestis arteria sub vena nō pulsatili sub
mergit̄ ideo vt sit magis cooperta ⁊ magis tecta et
sit vena ñ pulsatilis sicut clipeus ei. Arterie autez
ñ fuerūt venis associate nisi ꝓpt̄ duas res. vna ē
vt vene panniculis ligent̄ q̇ sunt cooperiētes arte
rias ⁊ q̇escant vene in villis mēbroꝝ īnt̄ q̄ uadūt
¶ Et altera ē vt vnaq̄q3 illarū alterā imbibat.
¶ Sūma q̇nta de venis q̄ q̇nq3 continet capitula.

Capitulū primū summe q̄nte q̄ꝺ est de modo vēarū non pulsatiliū.

Omniū autē venaꝝ q̄etaꝝ origo est ab epate. Et q̄ꝺ in primis ab epate orit̄ sunt due vene vna a pte ipsius cōcaua oritur cuius maius est iuuamētū i attrahendo ad epar nutrimentū ⁊ vocat̄ porta. Et altera orit̄ a pte eius gibbosa cuius est iuuamentū nutrimentū ab epate mēbris deferre ⁊ vocat̄ ventrē hn̄s.

Capitulū s̄m de anatōia vene q̄ vocat̄ porta.

Incipiēus vene q̄ porta uocat̄ anatomiā. Et dicēus ꝙ porte extrēitas q̄ in epis submergit̄ ventricul' in primis in q̄nq₃ diuidit̄ ptes ⁊ ramos a se emittit ꝺōec ad gibbosas epatis pueīt extrēitates ex q̄bus vna vena ad fel tēdit. Et isti q̄dē rami sunt sicut arboris radices q̄ ad fundū origīs ipsaꝝ vadunt. Extrēitas vero q̄ eius cōcauitatē seq̄tur q̄ū ab epate eḡrdit̄ in. viij diuidit̄ ptes quaꝝ due sunt pue ⁊ sex s̄t maiorēs.

Et vna q̄dē ex duabus minoribus cū pte intestini cōtinuat̄ q̄ꝺ duodenū vocat̄ ad hoc vt ab eo nutrimentū attrahat ⁊ ab eo etiā iā diuisi fuerunt rami q̄ sepati fuerunt in corpore q̄ꝺ vocat̄ enchāras.

Et ps secunda in inferioribus diuidit̄ s̄tōi apꝺ portanariū q̄ꝺ est os s̄tōi inferius ideo vt nutrimentū trahat. Una autē sex remanentiū ad ptē s̄tōi latā tendit ad ipsius sup̄ficiē manifestā nutriendū.

Apsinthiũ qd ẽ. Est hẽba silis folijs origani. Et in ipo est amaritudo ⁊ stipticitas ⁊ acuitas. Inqt hunain. Apsinthiuz est pluriũ speꝝ. Ex eo eni ẽ corascenũ. Et ex eo ẽ oriẽtale ⁊ allatũ de mõte lukẽni ⁊ susin ⁊ nabathi ⁊ tarsẽse Et dixerũt alij antiquoꝝ spẽs eius qnqz sunt: tarsẽse: ⁊ susin: ⁊ nabathi: ⁊ corasceni: ⁊ romanũ. Et ĩ nabathi qdez ẽ bonus odor. Et ad vltimũ ĩ ipo ẽ substãtia terrea qua cõtrahit: ⁊ substãtia subtiľ q̃ soluit ⁊ apit. Et est etiã ex spẽbus scẽba: ⁊ ppter hoc vocauerũt ipm qdaz sapiẽtes scẽba romanum Et eiꝰ succus ẽ fortior folijs ipius: ⁊ ẽ ꝯpatiõe suci prassij. ELECTIO Quod ex eo ẽ melius est susin: ⁊ tarsense: ⁊ ẽ mirabiľ coloris ⁊ odoris aloes qũ cõterit. Et qd ex ipo ẽ recẽs ⁊ siluestre. Rectificatio potiõis fit cũ corasceni. ʒ. iij. NATURA Est calidũ ĩ pmo siccũ in ſo: ⁊ eius succꝰ est calidior. Et dicũt qdam ẽ siccũ ĩ tertio ⁊ ẽ q̃si verius. OPERATIONES ET PROPRIETATES. Est apitiuũ ⁊ stipticũ: ⁊ eius stipticitas ẽ fortior ipiꝰ amaritudine: sed nabathiũ ẽ fortioris stipticitatis ⁊ mioris caľitatis: q̃ ppter nõ soluit phľa etiã ex stomacho neqz p ipm fit iuuamẽtũ ĩ hoc: ⁊ eius opatio ĩ phľate ⁊ mľia. Et ĩ ipo ẽt ẽ resolutio. Et ex pprietatibꝰ eius est ut ꝓhibeat pãnos a tineis ⁊ corruptiõe uermiũ: ⁊ ꝓhibet encaustrũ ab alteratiõe ⁊ chartas a corrosiõe. IN DECORATIONE Facit bonũ colorẽ. Confert tyrie ⁊ alopitie: ⁊ remouet vestigia sub oculo ⁊ ĩ alijs locis. Et ꝯfert grossitiei palpebraꝝ. UULNERA ET ULCERA. Cõfert duritijs ĩtrinsecis ĩ empľo positũ aut bibitũ. EGRITUDINES MEMBRORUM CAPITIS. Exiccat caput: ⁊ ipius succꝰ facit soda: ⁊ existimo q̃ illud ẽ ppť suũ nocumentũ qd ĩ stomacho facit. Et vapor decoctiõis eius cõfert dolori auris. Et qñ bibit̃ ante vinũ cõfert ebrietati: ⁊ qñ ex eo fit empľm ĩteriꝰ ĩ palato cõfert ꝓfocationi ĩtrinsece. Et cõfert apatibꝰ q̃ sunt post ambas aures: ⁊ confert dolori auris ⁊ fluxui huitatũ: ⁊ ꝯfert apopľie bibitũ cũ melle. EGRITUDINES OCULI. Cõfert ophthalmie atiq ⁊ ppe a nabathi cũ qũ ex eo fit empľm sub oculo ⁊ pãno. Et si ex eo fiat empľm cũ careno sedat pulsationẽ oculi ⁊ apata eius. Et cõfert pcussiõi ĩ eo. EGRITUDINES MEMBRORUM ANHELITUS Sirupus eius cõfert tetano q̃ ẽ sub hypocõdrijs. EGRITUDINES MEMBRORUM NUTRIMENTI. Reducit apetitũ: ⁊ ẽ medicina mirabiľ ad illud qũ bibit̃ decoctiõis eiꝰ aut succi ipius decẽ diebus. s. quaqz die tres anulasat Et sirupus eius cõfortat stomachũ: ⁊ efficit opationes alias. Et cõfert ictericie ⁊ pprie si bibant̃ succi eius decẽ diebus. s. quaqz die tres. ʒ. ⁊ cõfert hydropisi. Et silr̃ empľm factũ ex eo cũ ficubꝰ ⁊ nitro ⁊ faria lolij: ⁊ ẽ empľm splenis etiã: ⁊ qñqz fit empľm ambabꝰ ex eo cũ ficubus ⁊ faria lolij: ⁊

nitro: ⁊ iterficit vermes ꝓprie qũ decoquit cum
letibus aut rizi ⁊ comedit. Succus eius ē malus
stomacho: ⁊ semia eius etiā nocumētum faciūt ori
stomachi ꝓprie ꝓpter ei⁹ salsedinē p̄ter nabathi.
⁊ qñ pmiscet cũ spica vtile ē dolori stomachi. Et
si empl̄m fiat ex eo epati ⁊ stomacho ⁊ ilijs ꝯfert
doloribus eoꝝ. Epati q̇dem ⁊ ilijs cũ ol̄o de alcā-
na facto cerato: ⁊ stomacho q̇dem cũ oleo rosaceo
aut pmistum cũ rosis: ⁊ confert durities ipoꝝ.
EGRitudines mēbroꝝ expulsiōis. Est ꝓuocā
tiuū vrine ⁊ mēstruoꝝ fortiter: etiā suppositū cuꝫ
hydromelle. ⁊ soluit cholerā. ⁊ neqꝫ p ipꝫ fit iuua
mētū i phl̄ate: nec etiā i illo quod ē stans i intestis
Sit quoqꝫ potō ei⁹ ifusi aut decocti a q̇nqꝫ. ʒ. usqꝫ
ad septē. Et pulueris eius ab vna. ʒ. usqꝫ ad. ij ʒ.
Et potus sirupi eius etiā ꝯfert hemorroidib⁹ ⁊ ra
gadijs i ano: ⁊ qñ coquit solū aut cũ rizi ⁊ bibit cũ
melle iterficit vermes cũ solone vētris leni. ⁊ silr̄
qñ coquit cũ lentib⁹. Et eius q̇dem sirupus ꝯfert
oib⁹ illis: ⁊ mūdificat venas ab hūore chol̄ico: et
aquoso: ⁊ ꝓuocat ipm̄. FEbres. Cōfert an-
tique ⁊ ꝓprie eius succus sicut succus eupatorij.
VEnena. Cōfert morsui dracōis marini ⁊ scor
pionis ⁊ morsui mugali: ⁊ hyusq̇amo cum vino ⁊
suffocatiōi fungoꝝ: ⁊ ꝓprie qũ bibit cũ aceto ⁊ ei⁹
oleū ꝯfert cimicib⁹. ⁊ qũ ifundit ꝓprie i aqua en
caustri nō corrodūt mures libꝝ. PERmutatio.
Loco eius ponit poliū: aut scēba armenū. Et in
ꝯfortādo stomachū ex assaro q̄ntū ipm̄ ē cuꝫ medio
pondere myrobalanoꝝ.

De acatia. C. iij.

Acatia q̇d ē. Est succus alcharthi exiccat⁹
deinde i trociscos mutatus. Et i ipa est
mordicatio q̄ ablutiōe remouet: qm̄ est
ꝯposita ex substātia terrea stiptica: ⁊ ex substātia
subtili ex q̄ est ei⁹ mordicatio q̄ destruit ablutiōe
⁊ ꝓpter suā acuitatē mordicat ⁊ ifrigidat. ELE
ctio. Melior ex ea ē q̄ ē melioris odoris viri
dis declināς ad nigredinē ponderosior durior.
Natura. Que ex ea abluta ē: frigida est ⁊ de-
siccat in s̄o: ⁊ nō abluta frigida ē i pmo: ⁊ ei⁹ sicci
tas ē in termio secūdi. OPEratiōes ⁊ ꝓprieta
tes. Est stiptica ꝓhibēs cursuꝫ sanguīs. IN
decoratiōe. Denigrat capillos ⁊ coloreꝫ efficit
bonū: ⁊ cōfert fissuris accidentib⁹ ex frigore.
APOSTEmata ⁊ bothor. Confert oibus que
dixim⁹ i myrto. Et ꝯfert panaritio ⁊ cũ albumine
oui ꝯfert adustiōi ignis ⁊ apatibus cal̄is. IN-
strumēta iūcturaꝝ. Probibet mollificationem
iūcturaꝝ. EGRitudines capitis. Confert
vlcerib⁹ oris. EGRitudines mēbroꝝ oculi.
Cōfortat visuꝫ ⁊ subtiliat ipm̄: ⁊ nō est cōueniēs
oculo ex ea nisi albassari: ⁊ sedat ophthalmiā ⁊ ru
bedinē q̄ accidūt i eis. Et igredit i medicinis vn-
gule. EGRitudines mēbroꝝ expulsionis.
Cōstrigit naꝫ bibita ⁊ clisterizata ⁊ p emplo posi
ta. Et ꝯfert dysenterie ⁊ sol̄oni sanguinee: ⁊ ab-
scindit fluxū matricis: ⁊ remouet eminentiā ani: ⁊
eminētiā matricis: ⁊ ꝯfert mollificatiōib⁹ amboꝝ.

De assaro. C. iiij.

Asaꝝ q̇d est. Est herba hñs semia pl̄ima
radicū cui⁹ nodus ē tortus: ⁊ silant pipe
ri boni odoris mordicantis linguā: ⁊ hꝫ
florē iter folia apud radicē suā cui⁹ color ē purpu-
reus sil̄is flori hyusq̇ami. ⁊ radix q̇dem ipius ē ma
gis iuuās q̄ aliq̇d quod sit in ipo ⁊ eius virtus est
virt⁹ acori aut est eo fortior. ELEctio. Ex
eo melius ē qđ est fortioris odoris. Natura.
Cal̄m ē ⁊ siccū i 3°. ⁊ dicit q̄ eius siccitas ē maior
ipius caliditate. OPEratiōes ⁊ ꝓprietates.
Apit ⁊ sedat dolores itrinsecos oēs: ⁊ ꝓprie eius
ifusio quā dicturi sumus i capl̄o hydropisis: ⁊ sub
tiliat ⁊ resoluit ⁊ calefacit mēbra frigida ⁊ abster
git. INstrumēta iūcturaꝝ. confert sciatice
⁊ dolori anchaꝝ antiquo: et ꝓprie eius ifūsio pre
dicta i capl̄o hydropisis. EGRitudines oculi.
Cōfert grossitudini cornee. MEMbra nu
trimēti. Cōfert oppilationi epīs ⁊ duritiei ipi⁹
⁊ ꝯferūt ictericie et hydropisi ifusiōis eius tres au
rei i. xij. cotilis musti q̄ post duos mēses colet: ⁊
iuuamētū in febrib⁹ ē mai⁹: et ꝯfert duritiei sple
nis valde. MEMbra expulsiōis. Prouo-
cat vtrūqꝫ et ꝯfortat vesicā et renes: et soluit si-
cut helleborus albus i purgatioe vētris. Et eius q̇
dem potio sit septē aureoꝝ cũ aq̄ mellis: ⁊ i spma
te augmētū efficit. PERmutatio. Loco ipi⁹
ponit pondus ipius et mediū acori: et sexta ponde
ris eius amomi.

De abbel. C. v.

Abbel q̇d est. Est fructus iuniperi sil̄is za
rur. sed tñ est vehemētius niger: ⁊ ē bo
ni odoris et acuti. Arboris v̇o eius due
sunt spēs. vna spēs cui⁹ folia sunt sicut folia cupssi
multas hñs spinas: q̄ dilatat ⁊ nō elōgat. ⁊ alia ē
cui⁹ folia sunt sicut tamarisci: et sapor eius ē sicut
cupssi: sed ē siccior et minus calida. ⁊ qũ ꝺ ea assu
mit duplū cinnamomi ponit loco eius. Natura
Dixerūt q̇dam q̄ est calidus et siccus in 3°.
OPEratiōes ⁊ ꝓprietates. Vehemētis ē reso-
lutiōis et iest ei desiccatio cũ mordicatiōe. ⁊ i ipo
ē stipticitas leuis. ⁊ ponit i oleis calefactis: ⁊ i ol̄is
aromaticis. Et pl̄imū ponit i oleo qđ fit exp̄men
do. IN vulnerib⁹ et vlcerib⁹. Cōfert ei⁹
pulueriꝫatio i herpete estiomeno et vlceribus pu
tridis cũ melle et ꝓhibet ambulationē ambulatīe
⁊ vlcera denigrata. ⁊ qñqꝫ fit ex eo empl̄m quare
nō ꝯsolidat ꝓpter sui mordicationē: et ꝓpter ve-
hementiā cal̄itatis et siccitatis sue: imo exiccat.
EGRitudines mēbroꝝ capitis. Qũ bullit nux
abbel i oleo sisamino i cochliari ferreo donec nux
nigra fiat et distillat i aurē ꝯfert surditati valde.
MEMbra expulsiōis. Prouocat vrinā ⁊
mēstrua: ⁊ eijcit fetū: ⁊ educit sanguinē. PER
mutatio. Loco eius ponit casia lignea: ⁊ dicit
q̄ pondus eius de nuce cupressi: ⁊ dicit q̄ pondus
eius de folijs cupressi.

De adrimia. C. vi.

Adrimia. Natura. Est calidū ⁊ sic
cū in 3°. DEcoratio. Cōfert alopi
tie tritū cũ aceto. INstrumēta iūctura
rū. Cinis eius cũ aceto sup positus ꝯfert sciatice
MEMbra expulsiōis. Inq̇t Dia. Qũ mulier
tāgit mōtanū ⁊ sibi supponit illico facit abortum.
VEnena. Cōfert venenis omnibus et ꝓprie
morsui.

De antimonio. C. vij.

Antimoniū qd ē. Est substātia plūbi mortui: et eius virtus est silis virtuti plūbi adusti. ¶ ELEctio ¶ Quod ex eo bonū est: ē laminosuz frustis cōfractis cui ē splendor et cui nō admiscet aliqd extraneū: et neqz ē sordiduz et valde velociter fragit. ¶ Natura. ¶ Est frigidū i pmo siccū in fo. et ē vehemētioris desiccationis q̄ atrimentū rubeū et ē syrū. ¶ OPEratiōes et ꝓprietates. ¶ Cōstringit exiccat sine mordicatiōe et abscidit fluxū sanguis. ¶ VULnera et vlcera. ¶ Cōfert vlceribus et destruit carnes additas et ꝯsolidat. Et ponit cū adipe recēte sup adustiōe q̄re nō vlcerat: et si vlcerat ꝯsolidat ipam qū pmiscet cū adipe et cerusa. ¶ MEMbra capitis ¶ Prohibet fluxū sanguis ex narib⁹ q̄ est ex velamibus cerebri ¶ MEMbra oculi. ¶ Cōseruat sanitatē oculi et remouet sordes vlcerū suoꝝ. ¶ MEMbra expulsionis. ¶ Qū supponitur ꝯfert fluxui sanguis matricis. ¶ PERmutatio. ¶ Loco eius ponit stannum adustum.

¶ De Ammoniaco. c. viij.

Ammoniacū qd ē. ¶ Est gūma atorthut: et noiat q̄nqz id quo auꝝ adheret: qm̄ pgamena et mēbrana et libri eo deauratur. ¶ Natura. ¶ Est calidū i fine tertij: et siccum in pmo. ¶ OPEratiōes et ꝓprietates. ¶ Eius ı̄soło et exiccatio ē fortis: et nō ē mordicatio eius fortis Et ex ipsius q̄dem aptione puenit ad hoc ut faciat currere sanguinē ex orificijs venaꝝ: et igredit in rectificatiōe solutiuoꝝ: et i ipo ē lenificatio et attractio. ¶ APOSTEmata et bothor. ¶ Linit et fit ex eo emplm̄ et ꝯfert scrofulis: et duritieb⁹ et apatibus i pncipio puis: et postea magnis sine capite. ¶ VULnera et vlcera. ¶ Cōfert vulneribus malis et corrodit carnē malā: et facit nasci carnē bonā. ¶ INstrumēta iūcturaꝝ. ¶ Cōfert dolori sciatice et ilioꝝ: et iūcturaꝝ bibitū cum melle aut aqua ordei. Et qū ex eo fit emplm̄ cū melle et oleo resoluit duritiē iūcturaꝝ. Et qn̄ pmiscet cū aceto: et baurach: et rosis: et oleo de alcāna cōfert lassitudini. ¶ MEMbra oculi. ¶ Lenit aspitatē palpebraꝝ ⁊ scabiē ⁊ abstergit albuginē: ⁊ ꝯfert humiditatibus oculi. ¶ MEMbra anhelitus ⁊ pectoris. ¶ Cōfert disnie ⁊ difficultati anhelitus: ⁊ eius dilatatiōi cū trāsglutit qū melle aut aq̄ ordei: ⁊ mūdat vlcera velamis: ⁊ ꝯfert p̄focationi q̄ est ex phlāte ⁊ cholera nigra. ¶ MEMbra nutrimēti. ¶ Qū bibit ex eo aureus cōfert duritiei splenis: ⁊ duritiei epis: ⁊ silr qū linit cū aceto. et cōfert hydropisi. ¶ MEMbra expulsiōis. ¶ Prouocat vrinā ita ut sanguinē mīgere faciat: ⁊ iterficit ascarides et solone educit: ⁊ facit exire embryonē siue viuū siue mortuū ⁊ puocat mēstrua. Et linit sup duritiē testiculoꝝ cuz aceto ⁊ lenit eos ¶ PERmutatio ¶ Loco eius ponit sordities aluearij apum.

¶ De Aniudem. C. ix.

Aniuden qd ē. ¶ Ex ea ē alba et nigra que ē fortior. Et hec nigra nō igredit i cibis Et ipsius radix ē ꝓpinq̄ sapori alastirgar ⁊ ei⁹ nā ē aerea. sed alastrigar ē tarde digestionis ⁊ ñ est hoc i ordine eius quāuis sit etiā digestiōis valde tarde. Asse vo q̄ est eius gūma caplm̄ singulare faciā aliud. Et meli⁹ q̄dem ē ut admistret ei⁹ decoctio: aut ipsius acetū q̄ corpus eius. ¶ Natura. ¶ Calida ē et sicca in 3º. ¶ OPEratiōes ⁊ ꝓpetates ¶ Est subtiliatia valde. Et radix ei⁹ iflat ⁊ qū corp⁹ ex ea fricat ⁊ ꝓprie cū lacte eius trahit mās ad exteriora virtuose. ¶ DEcoratio. ¶ Alterat vētositatē corporis. Et si ex ea fiat emplm̄ cū oleo sanat aggregatiōes sanguis sub oculo. ¶ APOSTEmata ⁊ bothor. ¶ Cōfert dubellet intrinsecis. Et qn̄ pmiscet ipa ⁊ radix cū emplīs confert scrofulis. ¶ INstrumēta iūcturaꝝ. ¶ Qn̄ pmiscet cum oleo irino: aut oleo de alcāna confert doloribus iūcturaꝝ ꝓprie. ¶ MEMbra nutrimēti. ¶ Radix eius facit eructuare ⁊ stringit ventrē: ⁊ ē tarde digestiōis: ⁊ digerit: et calefacit stomachū: ⁊ ꝯfortat eū ⁊ disrūpit apetitū. ¶ MEMbra expulsiōis. ¶ Qn̄ decoq̄t cū corticib⁹ granatoꝝ i aceto sanat hemorroidas ani ⁊ puocat. Et facit fetē odorē stercorsi: ⁊ vētositatē exeūtē p anū et est nociua vesice. ¶ VEnena. ¶ Est bezahar venenis.

¶ De Astirgar. C. x.

Astirgar q̄d est. ¶ Rectius ē ut ei⁹ acetum admistret. Et ē ꝓpinq̄ aniūden in nā sua sed ē calior ea. ¶ Natura. ¶ Calida ē ⁊ sicca i fine tertij. ¶ MEMbra nutrimēti. ¶ Eius acetū est bonū stomacho: et purgat ipm ⁊ cōfortat eū: ⁊ disrūpit apetitū. Sed corpus ipsius facit nauseā mordicatiōe sua: ⁊ tardat mora ipsius in stomacho: et eius digestio in ipo. ¶ FEbres. ¶ Proprietas ei⁹ est iuuamentū febris quartane.

¶ De Amirberis. C. xi.

Amirberis q̄d est. ¶ Est azārasch. Et ex eo ē rotūdū rubeū capestre: ⁊ nigrū longuz arenosuz: aut mōtanum ⁊ est forti⁹. ¶ Natura. ¶ frigidū ē ⁊ siccū i fine tertij. ¶ OPEratiōes ⁊ ꝓprietates. ¶ Est vincēs cholāz valde ¶ APOSTEmata ⁊ bothor. ¶ Ex ꝓprietatib⁹ ei⁹ ē suū iuuamēū q̄ cōfert apatib⁹ calis sicut emplm̄ suppositū. ¶ MEMbra nutrimēti. ¶ Cōfortat stomachū ⁊ epar ⁊ abscidit siti valde. ¶ MEMbra expulsiōis. ¶ Cōstringit ⁊ ꝯfert rasure etiam fluxui sanguinis inferius.

¶ De Alaunoch ⁊ Alahabar. C. xij.

Alaunoch ⁊ alahabar q̄d est ¶ Utrunqz est plūbū nigrū in quo est substātia aquosa multa quā ꝯgelauit frigus. Et i ipo sunt aereitas ⁊ terreitas nō vehemētis mltitudinis. Signū aūt hūiditatis eius sicut existimat Gal. Est uelocitas liq̄factiōis eius ⁊ aereitatis ipsius ē vehemētia raritatis eius: ⁊ q̄ ipm crescit qū dimittit i humorositate terre ⁊ inflat. et ē vehemēter ifrigidās apata. ¶ Natura. ¶ Est frigidū ⁊ hūidū in fo. ¶ APOSTEmata ⁊ bothor. ¶ fiat ex eo pistillū ⁊ tabula ⁊ fricet vnū eoꝝ sup aliud cū aliq° ex oleis ⁊ tūc illud quod ex ipo resoluit cōfert apatib⁹ calidis: ⁊ ifrigidat ea: ⁊ saniosa ex ipis ita q̄ curant: ⁊ ligat ex eo lamīa sup scrofulas: ⁊ glādulas: ⁊ vlcera iūcturaꝝ: ⁊ ipaꝝ glandulas ⁊ destruūtur. ¶ VULnera ⁊ vlcera. ¶ Ipius fricatio p̄dicta ⁊ ei⁹ adustū ꝓprie ablutū cōfert vulnerib⁹ malignis et ulcerib⁹ cācerosis ⁊ ulcerib⁹ iūcturaꝝ ¶ INstrumēta iūcturarū. ¶ Cōferūt ipius fricatō ⁊ adustio

p̄dicte vlceribus iūcturaꝝ. Et si stricte ligeť super torsionē iūcturaꝝ ⁊ suas glandulas liq̄facit eas.

MEMbra oculi. Quod ex ip̄o adustū est: est iuuatiuū i vlcerib⁹ pprie qū abluit: ⁊ silr ophthalmie sicce. MEMbra anhelitus ⁊ pectoris.

Quod ex eo adustū ē: iuuatiuū ē ulcerib⁹ mamille ⁊ silr eius fricatio et adustio p̄dicte. MEMbra expulsiōis. Cōfert hemorroidib⁹. Et ligať lamia sup locū renū: ⁊ phibet pollutionē frequētē: ⁊ sedat desideriū coitus. Et vtrūq; eoꝝ ↄfert vlceribus veretri: ⁊ testiculoꝝ: ⁊ apatibus ip̄oꝝ.

De amumeli. C. xiij.

AMumeli q̄d est. Est oleū dulce valde spissum sicut mel: et spissius eo extrahiť ex crure arboris q̄ est i terra murzie dulcis: ⁊ fit ex eo oleū si cū eo admisceť etiā oleū de flore eius: ⁊ noiať amumel et oleū mell'. ELEctio. Ex eo ē meli⁹ qđ ē magis claꝝ: ⁊ spissius: ⁊ antiqui⁹. Natura. Calidū ē et hūidum et ip̄ius cal'itas pl'ima ē hūiditate eius. UULnera et vlcera. Cōfert vulnerib⁹ vlcerosis illinitū. JNstrumēta iūcturaꝝ. Cōfert dolorib⁹ iūcturaꝝ. MEMbra capitis. In ip̄o ē virt⁹ faciēdi subet: ⁊ facit pigritiā. MEMbra oculi. Cōueniēs ē tenebrositati oculoꝝ qū ex eo fit collyriū. MEMbra expulsiōis. Tres. ʒ. ip̄ius cū. ix. ʒ. aque solone educūt cholerā ⁊ hūores crudos: et faciūt pigritiā et mollificāt. verūtñ nō est sollicitudo hñda: neq; timendū est ex eo qđ ipsum soluit: quoniam est iuuatiuū cū eo quod ex ip̄o apparet icolume: oꝫ tñ ne sup ipꝫ dormiať oīo

De agalugin. C. xiiij.

AGalugin q̄d est. Lignū indū aut arabicuꝫ boni odoris hñs cutē cooptā ītrans i numero spēꝝ q̄ vendunť. Et i ip̄o ē stipticitas cū amaritudine pauca. MEMbra capitis. Collutio oris facta ex ip̄ius decoctiōe odorem oris efficit bonū. MEMbra anhelit⁹ ⁊ pectoris. Cōfert dolori lateris. MEMbra nutrimēti. Cōfert dolori epatis. Et aureus vn⁹ ex eo ↄfert viscositati stomachi ⁊ debilitati ip̄ius. MEMbra expulsiōis. Qū bibiť cum aqua ↄfert vlcerib⁹ itestinoꝝ ⁊ dolori pūgitiuo cal'o.

De amgailem. C. xv.

AMgailem q̄d ē. Est arbor locoꝝ rusticorū nota. Natura. Est frigida ⁊ sicca. OPEratiōes ⁊ pprietates. Est stiptica phibēs sanguinē ⁊ spēs flux⁹. MEMbra anhelitus ⁊ pectoris. Probibet sputū sanguinis. MEMbra expulsiōis. Probibet fluxum matricis.

De atharachic. C. xvi.

ATharachic q̄d est. Hec ē medicina acuta q̄ nō bibiť pp suā acuitatē: sed i epithiatibus admistrať post fractionē sue acuitatis. Natura. Est ca[illegible] et sicca valde. OPEratiōes ⁊ pprietates. Permutat cōpl'onē malā frigidā ad ↄpl'onem malā calidā. Et neq; sit audax aliq̄s sup ip̄m nisi epithimādo. JN decoratiōe. Confert pano. JN apatibus ⁊ bothor. Cōfert bothor lenibus. JN vulnerib⁹ ⁊ vlceribus. Cōfert scabiei vlcerose ⁊ ipetigini. JNstrumēta iūcturaruꝫ. Empl'm factum ex ea confert sciatice.

De azedaraeth. C. xvij.

AZedaraeth q̄d est. Arbor nota hñs fructū silem nabach. Et noiant eā i rēchi myrobalanū: ⁊ i tabrasten: et kiēn ⁊ thabich: ⁊ ē arbor magna: et ē ex magnis arborib⁹. Natura. Quod ē supra ip̄am ē calidū i p̄mo: siccū i fine p̄mi. OPEratiōes ⁊ pprietates. Eius focha apit oppilatiōes. JN decoratiōe. Aq̄ foliōꝝ eius iterficit pediculos et plongat capillos: ⁊ pprie radices eius qū admistratur cum vino. MEMbra capitis. Eius flos apit oppilatiōes cerebri. MEMbra anhelitus et pectoris. Eius fructus nociuus ē pectori valde: ⁊ ē pnitios⁹. MEMbra nutrimēti. Eius fructus ē mal⁹ stomacho cōturbās. FEbres. Dicit q̄ decoctio corticū eius cū fumoterre ⁊ myrobalanis desecata ↄfert febribus phl'aticis. UEnena. Succus extremitatū eius cū melle resistit uenenis oib⁹. Et eius fructus iterficit fortasse. PERmutatio. Loco eius i elōgatiōe capilloꝝ ponūť folia canabis.

De auricula muris. C. xviij.

AUricula muris q̄d est. Est herba cui⁹ uirtus fm Galienū ē ppinq̄ virtuti herbe q̄ vitrū abstergiť. Et hoc nomē absolutū ē duabus herbis quaꝝ vna ē quā nomiat Galien⁹ ⁊ odorať ex ea odor malus: ⁊ nō hꝫ duritiē: ⁊ altera quā nomiauit Dia. ⁊ existimauit q̄ sit similis volubi: nisi q̄a minora hꝫ folia ↄpata ad ip̄am: ⁊ ē herba expa'sa sup faciē terre puos hñs stipites domestica bona sine odore: ⁊ nō hꝫ saporē fortē azulinos hñs flores cui⁹ semē semī coriādi silať: ⁊ hirūdines ex ip̄o comedūt: ⁊ ē cal'a ⁊ pprie cui⁹ origo nō ē iuxta aquā. Inq̄t mūsaibach iuuamētū ei⁹ est iuuamētū apsinthij ⁊ ē res q̄ nō est īuenta i duabus plātis simul. Natura. Que ex eis nota ē fm Galienū ē frigida ⁊ hūida in gradu p̄mo. Et altera ē ex sūma medicinaꝝ calidaꝝ. OPErationes ⁊ pprietates. In p̄ma nō ē stipticitas. Et altera ē desiccatiua rubificatiua. UULnera ⁊ ulcera. Illa quā nomiauit Dia. extrahit spinas ⁊ surculos: ⁊ facit adhere plagas. MEMbra capitis. Cōfert epil'ie bibita: ⁊ torture sternutatiōe facta ex ea uehemēter: ⁊ ei⁹ sternutatio mūdificat cerebrum.

De abugilise. C. xix.

ABugilise q̄d est. Est lactuca asini et noiať etiā simarē ⁊ sincāren. Et ē pillosa spinosa: aspa: nigra: pl'ima hñs folia sup radicem anexa ei. Et eius radix i grossitudine ē digiti coloris rubei valde q̄ tingit qū tangiť i estate. Et ex ea est spēs alia citrina folia hñs coloris rubei: ⁊ eius spēs sunt quattuor. Abugilise: itisanius: amelenius: ansubesin. ELEctio. Fortiores oib⁹ sunt due p̄me spēs. Natura. Dixit Gal'. q̄ ex abugilise est q̄ est cal'a ⁊ sicca. OPErationes ⁊ pprietates. Que ex ea noiať abugilise ē subtiliatiua cū stipticitate: ⁊ pp hoc ē pontica amara: sed pōticitas ē in reliq̄s magis apparens. Relique vero due spēs sunt acutiores p̄mis: ⁊ fortioris caliditatis. Et radix eius fortioris ē cal'itatis q̄ folia. JN decoratione. Qñ liniť cum aceto confert morphee. Et ip̄a excoriat cutim. Et eius folia sunt

debiliora radice eius. ¶ IN apatibus ꝛ bothor. ¶ Probibet radix abugilise q̄ est ex eis cū farina ordei fracti herisipilā: ꝛ silr radix amelem⁹: ꝛ ipsa resoluit scrofulas qū supponit̄ eis cū adipe. ¶ IN vulneribus ꝛ vlceribus. ¶ Ponit̄ cū cera sup vlcera oīa ꝛ adustionē ignis ꝑprie. ¶ MEMbra nutrimēti. ¶ Radix abugilise aptat stomachū. Et eius decoctio cū aq̄ alkaratin valet ictericie ꝛ dolori splenis. ¶ MEMbra expulsiōis. ¶ Decoctio eius cū aq̄ alkaratin: aut aq̄ chartami confert dolori renū ꝛ lapidi in renibus. Qūqȝ mulier sibi supponit radicē eius ab ortuȝ facit: ꝛ eius folia fusa cū vino stringūt vētreȝ: sed abugilise resoluit hūores cholicos ꝛ radix hn̄tis citrina folia ex ea cū isopo ꝛ sinapi īterficit vermes ꝛ educit eos. Et similit̄ alsimaren absolute q̄ ex ea citrina ē ꝛ reliq̄: sed citrina ē fortior i hoc. ¶ FEbres. ¶ Decoctō radicū abugilise cū aq̄ alkaratin ꝯfert febrib⁹ antiq̄s. ¶ UEnena. ¶ Qn̄ masticat̄ ex citrina hn̄te folia citrina rubei coloris ꝛ ꝓicit̄ sup venenosa īterficit ea. Et due alie spēs ꝯferunt morsure vipere bibite ꝛ linite ꝛ sputate.

¶ De almesu. C. xx.

ALmesu q̄d ē. Dicit̄ ꝙ rectius esset ut de ea loq̄remur in ca° de min. verūtn̄ nos attulim⁹ narrationē eius in hoc caplo: ut sit magis nota: ꝛ magis famosa. ¶ Natura. ¶ Dixerūt q̄dam ꝙ ē frigida ꝛ sicca. Et dixerūt aliȷ̄ ꝙ ē calida ꝛ sicca cū virtute. ¶ OPErationes ꝛ ꝓprietates. ¶ Est vehemētis abstersiōis. Et apud Dia. est adustiua ꝛ putrefactiua. ¶ IN decoratione. ¶ Abstergit dētes fricādo. ¶ MEmbra capitis. ¶ Dixerunt q̄dam ꝙ qn̄ tenet̄ i ore frangit dētes. Et dixerūt aut ꝓprietate sua: aut pp venenū vipere quo multiplicat̄ i locis i q̄bus ipa ē. Et hec q̄dem verba sunt eius q̄ multa fabulose narrat: ꝛ nō cognoscūt de opatione veneni vipere ꝙ qū positū ē ad aliquod mēbrū nō efficit hanc opationē: et ꝓprie qū tēpus supra ipm ꝓlōgatū fuerit. ¶ MEMbra expulsiōis. ¶ Dicūt ꝙ qū ex ipsa adheret granū vnū i extremitate siringe annexuȝ glutini romano ꝛ ītromittit̄ ī vesicā fragit lapideȝ Sed hoc ē ex eis q̄ a me elongant̄. ¶ UEnena. ¶ Est venenum mortale.

¶ De armech. C. xxi.

ARmech quid est. Est herba iameni boni odoris sil'is cinnamomo grosso. ¶ IN decoratiōe. Efficit odorē oris bonū. ¶ APOSTEmata ꝛ bothor. ¶ Cōfert apatibus calidis ꝓprie sicut empl'm supposita. ¶ IN vlneribus ꝛ vlcerib⁹. ¶ Probibet dilatationē vlceꝝ: ꝛ ꝯsolidat ea siccādo ꝓpter desiccatiōȝ q̄ est i ea sine mordicatiōe et ꝓhibet putrefactionē mēbroꝝ. ¶ MEMbra capitis. ¶ Cōfortat cerebrū et stringit gingiuas ꝛ conuenit egritudinibus oris. ¶ MEMbra oculi. ¶ Ex ea comestū ꝯfert ophthalmie. ¶ MEMbra anhelitus ꝛ pectoris. Cōfortat cor ꝛ oīa viscera. ¶ MEMbra expulsionis. ¶ Stringit naturam.

¶ De allabuch. C. xxiȷ̄.

ALlabuch q̄d est. Dicūt ꝙ ē asadar. Dico aūt ꝙ sine nō sit hoc allabuch aut sit d̄ veritate ꝑtinet ei ut dicam⁹ in caplo de lem. Et ē ex magnis arboribus: ꝛ forsitan ꝑmutat̄ ad egyptū ꝛ alterat̄ illic nā ei⁹. ¶ OPErationes et ꝓprietates. ¶ Cōfert fluxui sanguinis etiā si sup mēbrum ponatur: ꝛ abscindit cursum.

¶ De athamaraet. C. xxiȷ̄ȷ̄.

AThamaraet q̄d ē. Est medicina inda efficiēs peonie opationē. ¶ MEMbra capitis. ¶ Ex folȷ̄s eius fiat epithima illi ad cuius caput eleuat̄ uapor: ꝛ ꝓhibet epil'ia.

¶ De alblage. C. xxiiȷ̄.

ALbage q̄d est. Est medicina marina sil's alcot q̄ orit̄ in vere: ꝛ ē sil'is etiā andacoche pl'imos hn̄s stipites. Et eius semē est sicut semē baucie. ¶ MEMbra nutrimenti. ¶ Cōfert spleni valde. ¶ MEMbra expulsiōis. ¶ Prouocat urinam.

¶ De asefeni. C. xxv.

ASesem q̄d est. Existimo ꝙ est pastura cameloꝝ. ¶ MEMbra expulsiōis. Mūdificat renes. ¶ UEnena. ¶ Pl'imū ꝯfert iuuamētum morsure canis rabiosi.

¶ De alguasen. C. xxvi.

ALguasen q̄d est. Est herba sil'is lilio. Et noīat̄ pp illud lilialis. ¶ Natura. ¶ Est cal'a ꝛ sicca in ꝑmo. OPErationes ꝛ ꝓprietates. ¶ Desiccat cū eq̄litate: ꝛ abstergit. ¶ IN decoratiōe. ¶ Cōfert panno ꝛ resoluit totū illud cū eq̄litate. ¶ UEnena. ¶ Hal. dixit ꝙ ē iuuatiua ꝓprie morsure canis rabiosi: ꝛ iā sanati sunt multi: ꝛ ꝓpter illud nomiatur grece alguasen.

¶ De atratisus. C. xxvȷ̄ȷ̄.

ATratisus q̄d est. Est medicina cognita cuȝ chali. ¶ Natura. ¶ In ipa ē paꝝ īfrigidatiōis ꝛ nō est i ea stipticitas. ¶ OPErationes ꝛ ꝓprietates. ¶ Desiccat cū equalitate ꝛ eius virtus ē virtus resolutiua cū īfrigidatiōe. ¶ APOSTEmata ꝛ bothor. Cōfert apatibus emūctorioꝝ more empl'i supposita ꝛ suspensa.

¶ De ardifrigi. C. xxviȷ̄ȷ̄.

ARdifrigi q̄d ē. Est herba sil'is cappari acuti odoris valde ꝛ grauis hn̄s fructum inferius. ¶ Natura. ¶ Dixit alkanzi ꝛ arabib ꝙ ē forti[...] natura sua ꝙ solatrū ꝛ alkekēgi. ¶ APOSTEmata ꝛ bothor. ¶ Cōfert apatibus ītrinsecis ꝑm verba arabib. Et potio ipius sit vsqȝ ad. iȷ̄. ʒ. Et liniat̄ sup apata cal'a extrinseca ꝛ erit mirabilis valde vbicūqȝ apposita. ¶ UEnena. ¶ Qū linit̄ sup pūcturā vespe sanat illico.

¶ De abutilon. C. xxix.

AButilon q̄d est. Est plāta sil'is cucurbite. ¶ Et dixit alkāzi ꝙ hoc noīe est nota. ¶ UULnera ꝛ vlcera. ¶ Dicit̄ ꝙ est res magis iuuatiua vulnerib⁹ recentib⁹ ꝛ cōglutinat ꝛ cōsolidat ea statim.

¶ De asio. C. xxx.

ASius q̄d est. Est lapis sup quē nascit̄ sal: cui⁹ flos nomiat̄ asius: ꝛ videt̄ ꝙ sit ei⁹ generatio ex rore maris ꝛ imbre q̄ cadit sup eū. ¶ OPErationes ꝛ ꝓprietates. ¶ Uirtus eius ꝛ virtus floris eius ē apitiua: carnis generatiua: putrefactiua paꝝ cū liq̄factiōe carnis putrefacte absqȝ mordicatione. ¶ APOSTEmata ꝛ bothor. ¶ Resoluit exituras more empl'i supposita

cū terebinthina aut pice. IN vulnerib⁹ ⁊ vlceribus. Ualet vulnerib⁹ difficilibus ⁊ antiquis ⁊ magnis ⁊ ꝓfūdis. INstrumēta iūcturaꝝ. Cū farina ordei supposita valꝫ podagre. Et qn̄ ponūt extrema ipi⁹ i decoctiōe ei⁹ iuuant. MEmbra anhelitus ⁊ pectoris. Si trāsglutiat cū melle cōfert vlceribus pulmonis. MEmbra nutrimēti. Qn̄ linit cū calce ⁊ aceto sup splenē confert.

De Atuit. C. xxxi.

ATuit. Natura. Calīn ē in ꝭo hūidū in ꝑmo. OPEratiōes ⁊ ꝓprietates. Inest ei abstersio vltima. In decoratiōe. Abstergit morphea fortiter.

De Absio. C. xxxij.

ABsius q̇d est. Medicina karmeni ⁊ ꝑsica. Natura. Calida subtilis.

De Anagale. C. xxxiij.

ANagalis q̇d ē. Est duobus modis. vn⁹ eoꝝ ē cui⁹ flos ē citrinus. Et alius cuius flos est celestis. IN vulneribus ⁊ vlceribus. Cōueniūt ambo vlneribus ⁊ ꝓhibet ipoꝝ ꝯ́ptionē: ⁊ extrahūt surculos ⁊ silia: ⁊ ꝓhibet vlcerū ampliationeꝫ. MEmbra capitis. Si ex aq̇s amboꝝ fiat gargarism⁹: ⁊ fiat caputpurgiū cū eis ꝓuocat phl'a plīmū a capite ⁊ sedant dolorē mole q̄ est in pte illa. MEmbra expulsiōis. Qn̄ bibit cū vino ꝯfert dolori renū. Et existimauerūt q̇dam q̄ varia declinās ad colorē cineris reducit anū ꝓminentē exterius ⁊ rubeū hn̄s florem augmētat ei eminentiā. UEnena. Qn̄ bibit cum vino confert veneno vipere.

De Abrich. C. xxxiiij.

ABrich quid est. Est medicina persica. MEmbra capitis. Est bona seruatiōi ⁊ rationi.

De Ausid. C. xxxv.

AUsid q̇d est. Est spēs nenufaris indi. Natura. Dixit filius mesiriohe. Est calida ⁊ sicca.

De Ardiud. C. xxxvi.

ARdiud quid est. Est medicina sicut cepe scissum.

De Aribut. C. xxxvij.

ARibut q̇d est. Est medicina cabrusia que assūpta est ex re q̄ assilat ostraco. Natura. Dixit Gal'. Est frigidū i ꝭo siccū i ꝑmo. Et eius fructus ē calid⁹ ⁊ ꝯtractiuus i ꝑncipio ꝑmi exiccatiuus in ꝭo. OPEratiōes ⁊ ꝓprietates. Cōseruat femur pueroꝝ ut nō oriāt pilli i ipō spatio lōgo. MEmbra nutrimēti. Fructus eius confert ictericie.

De Adrumilon. C. xxxviij.

ADrumilon q̇d ē. Est medicina q̄ nomiāt bipēnis. hꝫ enī duas aties sicut bipēnis. Natura. Est calida. Et i ipā sunt amaritudo ⁊ pōticitas. OPEratiōes ⁊ ꝓprietates. Apit oppilatiōes visceꝝ. INstrumēta iūcturaꝝ. Confert doloribus iūcturarum ⁊ tali.

De Atinat. C. xxxix.

ATinat q̇d est. Est medicina inda i virtute testiculoꝝ vulpis. Et oꝫ ut ꝯsiderei: ita ut nō sit atuit. Natura. Calā ē ⁊ humida. MEmbra expulsiōis. Augmentat coitum.

De Ata. C. xl.

ATa quid est. Est arbor algarab dicta in capitulo de gaim.

De Anacardo. C. xli.

ANacardus quid est. Est fructus sīl'is ossi dactili. Et medulla eius est sīl'is medulle nucis dulcis i quo nō ē nocumētū. Et cortex ipsius ē rarus fragibilis i cui⁹ raritate ē mel viscosuꝫ hn̄s odorē. Et sunt hoīes q̇ ipm masticāt: ⁊ nō nocet eis: ꝓprie cū nuce. Natura. Calidus ē et siccus in q̄rto. OPEratiōes ⁊ ꝓprietates. Eius mel ē vlceratiuū apatuꝫ ⁊ adustiuū sanguis ⁊ hūoꝝ. DEcoratio. Eradicat verucas ⁊ aufert albaras ⁊ eradicat barulos: ⁊ sanat alopitiā phl'aticā. APOSTEmata ⁊ bothor. Cōmouet calida apata i interiorib⁹. INstrumēta iūcturaꝝ. Cōfert frigori neruoꝝ ⁊ eoꝝ molificatiōi ⁊ palysi ⁊ torture. MEmbra capitis. Cōfert corruptiōi memorie qum eius ꝯfectio nota anacardinū sumit. Sed tn̄ cōmouet alienationē ⁊ ml'iaꝫ. MEmbra expulsiōis. Suffumigāt cū eo hemorroides ⁊ exiccant. UEnena. Est ex sūma uenenoꝝ: ⁊ adurit hūores ⁊ iterficit. Et ei⁹ q̇deꝫ tyriaca ē lac vaccinū butyro inde extracto Et oleū nucis eius frāgit virtutē. PERmutatio. Loco eius ponit q̇ntuplū pōderis eius de bōdacha: ⁊ q̄rta pōderis ipsius de oleo balsami: ⁊ tertia ponderis ipsius de napta alba.

De Anate. C. xlij.

ANas. Natura. Calidior est oībus auibus domesticis. Et dicūt q̇dam q̄ ipā calefacit ifrigidatū: ⁊ facit calefactū possidere febrē. OPEratiōes ⁊ ꝓprietates. Ei⁹ piguedo ē maxīa i sedando dolorē: ⁊ sedādo mordicationē i ꝓfundo corporis: ⁊ ē melior piguedinibus auiū. Et eius caro vētositatē dissoluit ipsius stomachi: ⁊ ē plīmi nutrimēti. IN decoratiōe. Eius piguedo clarificat colorē: ⁊ caro ipsius impinguat. MEmbra anhelitus ⁊ pectoris. Clarificat vocē. MEmbra nutrimēti. Eius caro tardat i stomacho ⁊ ē grauis: ⁊ ꝓprie caro anseris. Sed leui⁹ q̄ḋ ē in ipā ⁊ melius sūt ale. Qn̄ aūt digerit caro haꝝ auiū ē nutribilior omibus carnibus auiū. MEbra expulsionis. Augmentū efficit i coitu: ⁊ multiplicat spma.

De Auellana. C. xliij.

AUellana q̇d est. Est nota. Et eius q̇dem terreitas maior ē terreitate nucis: qm̄ est magis solida: ⁊ minus vnctuosa ⁊ tardioris digestiōis. Natura. Decliuis est ad caliditatē quādaꝫ ⁊ siccitatē puaꝫ. OPEratiōes et ꝓprietates. Generat ex ea cholera. Et i ipā ē stipticitas maior q̄ i nuce: ⁊ i ipā ē iflatio: ⁊ gnāt vētositates i vētre inferiori. DEcoratio. Quod ex ea adustū ē tingit capillos. MEmbra capitis. Facit soda: ⁊ assat: ⁊ comedit cū pauco pipere: ⁊ maturat corizā. Ypo. inq̇t auellana i cerebro facit augmentū. MEmbra oculi. Existimauerūt q̇dam q̄ ipā linita sup verticem pueroꝝ varios hn̄tiū oculos delet varietatē. MEmbra anhelitus ⁊ pectoris. Comedit cū aq̄ mell' ⁊ confert tussi antique ⁊ adiuuat ad spuendum.

¶ MEmbra nutrimēti. ¶ Est tarde digestiōis ⁊ ex
citat vomitū ⁊ est tardioris digestiōis ꝙ nux.
¶ MEmbra expulsiōis. ¶ Eius cortex ē stipticus ⁊
strigit vētrē ¶ UEnena. ¶ confert venēis ⁊ mor
sibus ⁊ ꝓcipue cū ficub⁹ ⁊ ruta ⁊ pūcture scorpiōis

¶ De agno casto. C. xliiij.

AGnus castus qd est. ¶ Est plāta ⁊ ē fortasse
ꝓpter sui magnitudinē arbor ⁊ nascit̄ in
locis ꝓpinquis aq̄s: ⁊ eius q̄dez rami sūt
duri: ⁊ folia ip̄ius sunt sicut folia oliue: sed sunt le
niora: ⁊ eius lignū nō igredit̄ i medicinā: sed flos
eius ⁊ folia ⁊ fructus ¶ Et i fructo q̄dem eius ⁊ i re
liquis q̄ ex eo admistrāt̄ ē subtilitas ⁊ acuitas ⁊ pō
ticitas: ⁊ ē infra rutā siccā. ¶ Natura. ¶ Calid⁹
i p̄mo siccus in fo. ¶ OPEratiōes ⁊ ꝓprietates.
¶ Est resolutiuus ⁊ subtiliatiuus ⁊ disgregatiuus
vētositatū. Et i ip̄o ē aptio cū stipticitate. ¶ De
coratio ¶ Est mūdificatiuus coloris. ¶ INstru
mēta iūcturarū. ¶ Fit ex eo empl'm cū folijs suis
torsiōi neruoꝝ ⁊ remouet lassitudinē. ¶ MEM
bra capitis. ¶ Facit soda ⁊ subet bibit⁹. Et qn̄ fit
ex eo empl'm ꝯfert soda ¶ Et qū illud quod ex eo ē
fusuz comedit̄ min⁹ efficit soda. ¶ MEmbra an
helitus ⁊ pectoris. ¶ Est ex eis q̄ multiplicāt lac
minorādo sp̄ma: sitq; eius potio. ʒ. ij. vsq; ad. ʒ.
i. ¶ MEmbra nutrimēti. ¶ Aperit oppilationes
epatis: ⁊ oppilatiōes splenis: ⁊ valde iuuat duri
tiē. Et qū bibit̄ ex eo cuz oxymelle quātitas. ʒ. ij.
ꝯfert hydropisi. ¶ MEmbra expulsiōis. ¶ Se
det̄ i eius decoctiōe ꝓpter dolorē matricis: ⁊ aq̄a
eius: ⁊ bibitus cū mētastro: ⁊ vaporatus desiccat
sp̄ma. Et qn̄ aliq̄d ex stipitib⁹ eius sternit̄ sub dor
so ꝓhibet pollutionē et virge erectionē: ⁊ suffumi
gant̄ mulieres qū vehemēs desideriū adest. ¶ Et ē
ꝓuocatiuus: ⁊ ꝯfert ꝓcipue semē eius fissuris ani:
⁊ fit ex eo empl'm cū butyro duritiei testiculi ꝓci
pue cū seīe eius. ¶ Uenena. ¶ Cōfert morsui ser
pētis qū bibit̄ ex eo. ʒ. i. ⁊ sil'r morsui canis ⁊ lupi
supposito empl'o ⁊ suffumigatōe facta ex eo ⁊ eius
folia fugant venenosa.

¶ De Alis. C. xlv.

ALe. ¶ ELEctio. ¶ Meliores eaꝝ sunt
ale gallinaꝝ: ⁊ ale anserū sunt bone dige
stiōis ⁊ nutrimēti. Et non sunt leues nisi
ꝓp multitudinē motus ⁊ exercitij sui. ¶ Et eaꝝ nu
trimētū nō multiplicāt̄ nisi ꝓp multitudinē carnis q̄
ē in eis. ¶ APOSTEmata ⁊ bothor. ¶ Dicit̄ ꝙ
qn̄ pēne alaꝝ alguarascen miscent̄ cū equalitate sui
de hyusq̄amo ⁊ adurūt̄ ⁊ terunt̄ ⁊ ponūt̄ i pane si
cut sal resoluūt scrofulas i collo absq; ferro. Et si
milit̄ qn̄ puluerizāt̄ sup panē ⁊ comedit̄. ¶ MEm
bra expulsiōis. ¶ Dicit̄ ꝙ panis factus cū eo qd̄
dictum est soluit valde.

¶ De Acoro. C. xlvi.

ACorus qd est. ¶ Est radix plāte que ē sicut
papyrus. Et orit̄ plimū eius i locis aquo
sis ⁊ i aquis. ¶ Et sup hāc radicē sunt nodi
ad albedinē declinantes in q̄ est odor horribilis: ⁊
paꝝ boni odoris ⁊ ē calidus acutus. Gal'. aūt dixit
ꝙ nō admistrāt̄ nisi radix eius. ¶ Et eius virtus est
ꝓpinq̄ virtuti aristologie ⁊ ireos. ¶ ELEctio.
¶ Melior ex eo est ille q̄ ē spissior ⁊ magis soli
dus: ⁊ dulcior: ⁊ melioris odoris. ¶ Natura.

¶ Calidus ē ⁊ siccus i principio fi usq; ad mediū.
¶ OPEratiōes ⁊ ꝓprietates. ¶ Est resolutiuus in
flatiōis ⁊ vētositatum subtiliatiuus: abstergit sine
mordicatiōe apitiuus. Et apud Gal'. eius odor nō
est nisi bonus. Est f'm ꝙ nos sentim⁹ nō bonus.
¶ DEcoratio. ¶ Clarificat colorē ⁊ ꝯfert morphee
⁊ albaras. ¶ INstrumēta iuncturaꝝ. ¶ Cōfert
spasmo ⁊ cōtritiōi lacertoꝝ ⁊ decoctio eius etiam
embrocata ⁊ bibita. ¶ MEmbra capitis. ¶ Cō
fert dolori dētis valde ⁊ ḡuitati ligue. ¶ Mem
bra oculi. ¶ Attenuat grossitudinē cornee: ⁊ ꝯfert
albugini: ⁊ ꝓprie i vtrisq; succus eius. ¶ Mem
bra anhelitus ⁊ pectoris. ¶ Eius decoctio ē bona
dolori lateris ⁊ pectoris. ¶ MEmbra nutrimēti
¶ Cōfert dolori ep̄is frigido ⁊ ꝯfortat ip̄z: ⁊ ꝯfert
stomacho: ꝯfert duritiei splēis: imo extenuat sple
nez multū: ⁊ mūdificat stomachuz. ¶ MEmbra
expulsionis. ¶ Cōfert dolori pūgitiuo ventris ⁊
rupture. Et eius decoctio valet ad dolorē matri
cis: ⁊ ꝓuocat vrinā ⁊ mēstrua: ⁊ ꝯfert distillatiōi
vrine f'm ꝙ dixerūt q̄dam. ¶ Et i coitu augmētum
efficit: ⁊ excitat desideriū ip̄ius. Et cōfert dolori
intestinoꝝ ⁊ rasure eoꝝ frigidis. ¶ UEnena.
¶ Cōfert pūcture vermiū venenosoꝝ. ¶ PERmu
tatio. ¶ Loco eius ponit̄ i depellēdis vētositatib⁹
⁊ iuuamēto quod facit epati ⁊ spleni equale pōdus
de cymino cū 3° ponderis sui de aristologia.

¶ De argento viuo. C. xlvij.

ARgentū viuū q̄d est. Argentū uiuū aliud
ē purgatū ex minera sua: ⁊ aliud extrahi
tur ex lapidibus minere sue sicut cū igne
fit aurū ⁊ argentū. Lapis v̄o minere ip̄ius qū ē pu
rus: ⁊ nō ꝑmiscent̄ ei terra ⁊ lapides hēt colorem
vzifur: imo vzifur hz colorē eius ⁊ nō ꝯsequit̄ eū
Et Galien⁹ q̄dem ⁊ alij existimauerūt ꝙ ip̄m sit ar
te factū sicut lithargyriū: qm̄ ē extractū cuz igne:
oz ergo ut auꝝ sit arte factū sicut lithargyriū: qm̄
ē extractū cū igne: ⁊ qm̄ substātia eius ē sil'is substā
tie vzifur. Existimauit itaq; ꝙ ip̄m nō sit nisi vzi
fur i vase linito luto ⁊ accēdit̄ ignis sup ip̄m ⁊ su
blimat̄. sed n̄ ē ita: imo vzifur fit ex eo cū sulfure
deinde possibile ē ut extrahāt̄ ex eo sicut extrahit̄
ex vzifur minerali qd̄ ē de substātia argenti viui
¶ Natura. ¶ Est frigidū ⁊ hūidū in fo. ¶ OPE
ratiōes ⁊ ꝓprietates. ¶ Sublimatū ē stipticū.
¶ DEcoratio. ¶ Quod ex eo extinctū ē: est medica
mē pediculoꝝ ⁊ lēdinū cū oleo ro. ¶ UULnera ⁊
vlcera. ¶ Extinctū valet scabiei cū oleo rosaceo
aut cū medicinis scabiei: ⁊ vlcerib⁹ malis. ¶ IN
strumēta iuncturaꝝ. ¶ Eius vapor facit accidere
palysiz ⁊ tremorē ⁊ rectat mēbra. ¶ MEMbra
capitis ¶ Fumus ei⁹ destruit auditū: ⁊ fum⁹ ei⁹
facit accidere fetorē oris qū trāsit p ip̄z. ¶ MEm
bra oculi. ¶ Fum⁹ eius destruit visū. ¶ MEm
bra expulsiōis. ¶ Dixit Paulus. ¶ Ex hoībus fue
rūt q̄ biberūt extinctū in ileon. ¶ UEnena. ¶ Ar
gentū viuū sublimatū ē iterficiēs ꝓp vehemētem
icisionē. Et eius cura fortis est bibere lac et vome
re. Et Gal'. q̄dem dixit ꝙ nō exptus est illud i ip̄o
Et dicūt q̄daz ꝙ extinctū iterficit ḡuitate sua. ¶ Ip̄z
eni corrodit quod sibi obuiat ḡuitate sua: hoc aūt
verbū nō ē ꝯp̄hensuz. Et ip̄m iterficit mures. ¶ Et
ex fumo eius fugiūt vermes venenosi ⁊ serpētes.

De atrimento. C. xlviij.

Atrimētū q̄d est. Differētia īter atrimēta
alba ⁊ rubea ⁊ citrina ⁊ uiridia ⁊ īter col
cotar et calcadis ⁊ calcātuz et alsurie ē ꝙ
atrimēta sunt substātie recipiētes solonē pmiste la
pidibus nō suscipiētibꝰ solonē: et iste sunt ipemet
substātie recipiētes solonem q̄ iam fuerūt liquide
et cōgelauerūt se: alcolcotar v̄o ē citrinū: et alcal-
cadis ē albū: et alcalcantū ē viride: et alsuric est ru
beū. Et oīa hec soluūt ī aq̄ et decoctiōe p̄ter alsu-
rie. ip̄m enī est vehemētis corporeitatis et cōgela
tiōis. Et viride ē vehemētiꝰ cōgelatū ꝙ citrinū ⁊
vehemētiores hꝫ tunicas. Et omne q̇dem atrimē
tū ī nā est sil'e vni eoꝝ colori cuiꝰ assil'at. Galieni
v̄o iā p̄missuz ē ad ītellectū ꝙ atrimentū rubeū ge
nerat̄ ex colcotar: ⁊ vidit sup colcotar vna vice
cooptū atrimēto rubeo pulverizato: sed ī hoc ē cō
sideratio. ELEctio. Uiride egyptiū ē fortius
ꝙ alkabrusi: sed ī egritudinibꝰ oculi alkabrusi est
fortius. Et nō adustū ē fortius. Et adustū ē subti
lius: Et subtiliora eis sunt alcalcadis ⁊ viride. Et
eq̄lius eoꝝ ē alcolcotar. Et grossius eoꝝ ē alsurie ⁊
ꝑpter hoc nō resoluit̄ in aq̄. Et virtus q̇dem atri
mēti ī quo sunt splendores aurei ꝑpinq̄ est virtuti
alcolcotar. Et meliꝰ alcolcotar ē illud quod velo
citer frāgit̄ ereū mūdum nō antiquū. Ex atrimēto
v̄o qd̄ in encaustro ponit̄ qd̄ noiat̄ sabira: meliꝰ ē
durū hn̄s q̄si aureū splēdorē: ⁊ virtus eiꝰ est sicut
alcolcotar. Et meliꝰ alsurie ē quod affert̄ de egyp
to: ⁊ frāgit̄ a nigredine: ⁊ ē hn̄s venas plīmas rā-
cidi gustus stipticū: ⁊ sil'r eius odoratꝰ. Natu-
ra. Est calidū ⁊ siccū in 3°. OPErationes et
ꝑprietates. Oīa sunt adurētia facietia ꝑuenire
crustā. stiptica. Atrimentū v̄o rubeū minꝰ ē mor-
dicatiuū ꝙ alcolcotar: ⁊ atrimētū ad coria stiptici-
us est omniū: ⁊ alcolcotar ē eq̄lis stipticitatis.
APOSTEmata ⁊ bothor. Alcolcotar ꝓhibet
herisipilā ⁊ apata ambulatia. UULnera ⁊ vlce
ra. Oīa ꝯferūt scabiei humide ⁊ sahafat. Et ex
colcotar q̇dem ex aliis qn̄q; fiūt licinia: ⁊ ponūt̄ in
fistulis ⁊ extirpāt vētositatē. JNstrumēta iūctu
raꝝ. Alsurie clisterizat̄ cū vino ⁊ ꝯfert sciatice.
MEmbra capitis. Sufflat̄ ī naribꝰ ꝑpt̄ fluxuz
sanguīs nariū: ꝑprie alcolcotar. Et ꝯferūt oīa her
peti estiomeno ⁊ apatibꝰ malis ī gingiuis. Et qn̄
liciniū cū melle īuoluit̄ ip̄o ⁊ ponit̄ ī aurem cōfert
vlceribꝰ auris ⁊ saniei ī ip̄a: ⁊ sil'r qn̄ cū sufflato-
rio ī ea īsufflat̄ ⁊ ꝓhibet corrosionē dentiū: rubeū
v̄o cognitū alsurie cōfirmat dentes ⁊ molares mo
tos. Et atrimētū adustū qn̄ ꝯiūgit̄ cū hermodactil':
⁊ ponit̄ sub lingua ꝯfert ranule. ⁊ ceratū factū ex
eo ⁊ ꝑprie ex rubeo ꝯfert herpeti estiomeno ī ore
⁊ nare ⁊ vlceribus eorū. MEmbra oculi.
Alcolcotar ꝑprie ⁊ reliq̄ coiter ꝯferūt duritiei pal
pebraꝝ ⁊ aspitati eaꝝ. MEmbra anhelitus et
pectoris. Desiccat pulmonē ita ꝙ fortasse īter-
ficit. UEnena. Jn ip̄o est virtus venenosa
desiccans pulmonem.

De arsenico. C. xlix.

Arsenicū q̄d est. Aliud ē albū: ⁊ aliud ci-
trinū: ⁊ aliud est rubeū. ELEctio.
Melius ex rubeo ē rubeū imbibitū ru-
bedine hn̄s albaras quod ē aptū teri: ⁊ suo odore
sil'at̄ odori sulfuris. Et meliꝰ ex citrino ē qd̄ ē pul
uerizabile armenū aureū lamiosuz subtile q̄si ip̄m
esset talk citrinū. Cal'm ē in 3°. siccū in 4°. OPE
ratiōes ⁊ ꝑprietates. Oīa sunt putrefactia mor
dicatiua. Et qd̄ ex eo rubeū est: meliꝰ est ꝙ alcal
cadicon. DEcoratio. Abradit pilos: ⁊ ē gūma
pini cōueniēs alopitie. UULnera ⁊ vlcera.
Fit ex eo empl'z cū adipe sup vulnera. APO-
stemata ⁊ bothor. Cū adipe ⁊ ol'o ꝯfert scabiei
⁊ saphati humide ⁊ putredini: ⁊ abstergit ⁊ adurit
cutē: ⁊ pmiscet̄ cū myrrha ad pediculos ⁊ vestigia
sanguīs. Et cū pice vestigiis vnguis. Et qn̄q; ad-
mistrat̄ cū oleo ad pediculos. MEmbra capi-
tis. Ceratū factū ex eo ꝯfert ⁊ ꝑprie ex rubeo.
herpeti estiomeno ī ore ⁊ aure ⁊ vlceribꝰ eorū.
MEmbra anhelitus ⁊ pectoris. Dat̄ ad po
tādū īflatis cū aumeli ⁊ hydromelle ⁊ assumit̄ cum
gūma pini ad tussim antiquā: ⁊ sputū saniei ⁊ san-
guis. Et qn̄q; ponit̄ ī pill'is q̄ sūt ad asma. MEm
bra expulsiōis. Cōmiscet̄ cū oleo rosaceo ad bo
thor et hemorroidas ī ano. Uenena. Quod
ex eo sublimatū est īterficit: ⁊ albū ex eo īterficit.

De aristologia. C. l.

Aristologia q̄d est. Jnq̇t Dia. Ex ea. que
dam ē rotūda: ⁊ q̄dam lōga: ⁊ q̄dam ē si
milis palmiti vitis rotūda q̄ dicit̄ femia
Et ē etiā ex lōga ⁊ rotūda: ⁊ ē femia cuiꝰ folia sūt
sil'ia foliis plāte q̄ dicit̄ fusos q̄ est maneries volu
bilis: ⁊ est boni odoris cū acuitate ⁊ ad rotūditatē
declinās tenera: hn̄s ramos plīmos ex vna radi-
ce lōgos. Et īter florē eius ē quiddaz rubeū fetidi
odoris pileatā hn̄s formā. longe v̄o et ē masculus
folia sunt lōgiora: ⁊ vnusq̄sq; thyrsus hꝫ longitu-
dinē vniꝰ palmi: purpureū hn̄s florē fetidū super
quē apparet simile q̇ddam flori porri: ⁊ radix eiꝰ
ī longitudine ē vniꝰ palmi: et grossitudinē digiti
hn̄s: ⁊ eiꝰ q̄ vitis palmiti sil'is ē lōge thyrsi sūt pui
⁊ folia sunt sicut folia sempuiue: ⁊ eius flos ē sicut
flos rute. Et ip̄ius radix est supflue longitudinis:
grossuz hn̄s corticē quo uēditores medicinaꝝ vtūt̄
ī creatiōe ol'oꝝ. Natura. Oīs spēs eiꝰ sūt
cal'e ad tertiū ꝑueniētes sicce in 4°. OPEratio-
nes ⁊ ꝑprietates. Est abstersiua: apitiua: subti
liatiua: attenuatiua: attractiua: extrahit spinas: ⁊
surculos. Et lōga ē dignior ī nascentiis ⁊ vlceribꝰ
qm̄ ē magis abstersiua ⁊ calidior: sed ī reliq̄s opa
tionibꝰ rotūda: qm̄ est fortioris aptiōis ⁊ subtilia
tiōis: ⁊ virtus longe sil'is ē virtuti rotude in cale
factiōe: imo forsitan supfluit ei nisi ī subtiliatione
Rotūda enī ē subtilior: ⁊ ꝑpter hoc sedat dolores
vētositatū fortiꝰ. Et tertia est debilior ex eis.
Decoratio. Cōfert morphee ⁊ corrodit dētes
⁊ cōfert sordibus eoꝝ ⁊ ꝑprie rotūda: ⁊ clarificat
colorē. UULnera et vlcera. Est mūdificati
ua vlceꝝ sordidoꝝ ⁊ malignoꝝ: ⁊ ꝯfert excoriati
oni: et gn̄āt carnē ⁊ ꝑprie lōga: et ꝓhibet fraudez
vlceꝝ putridoꝝ ꝓfundoꝝ. et qn̄ ē cū ireos replet
ea carne. JNstrumēta iūcturaꝝ. Cōfert con
tritioni lacertoꝝ et ē cōueniēs epithima sup poda
graz et ꝑprie rotūda. Et ip̄am q̇dem bibit hn̄s po
dagrā et iuuat̄ ab ea. MEmbra capitis. Mū
dificat sordes auris et cōfortat auditū qn̄ ponit̄ in
ip̄a cum melle et ꝓhibet saniem si generat̄ in ea.

Et qñ admiſtrat̄ cū pipe mūdificat ſupfluitates ce rebri: et ipa ꝯfert epilēe et ꝯſtringit gingiuaꝫ.

MEmbra anhelitus et pectoris. Eſt bona aſma ti et ꝓprie rotūda et mūdificat pectus et pulmonē et ꝯfert dolori lateris bibita cum aq̄: et rotūda in oībus illis ē fortior. MEmbra nutrimēti.

Bona ē ſingultui: ⁊ ſilr ſpleni cū oxymelle: et qñ̄ꝫ linit̄ ſup ſplenē cū aceto ⁊ ꝯfert etiā valde: et rotū da ī oībus illis ē fortior. MEmbra expulſiōis

Qñ ſumit̄ ex ea aur̄. ⁊ terit̄ et bibitur ſoluēdo educit hūores phl̄aticos ⁊ cholēicos et ꝯfert ſtoma cho. ⁊ qñ bibunt̄ lōga et rotūda cū myrrha et pipe re purgat̄ ſupfluitates matricis ꝑturiētiū ⁊ ꝓuocat mēſtrua ⁊ extrahit fetuꝫ. FEbres. Eſt bona rigori. UEnena. Cōfert pūcture ſcorpiōis ⁊ ꝓprie lōga. Quidā aūt dixerūt ꝙ qū ex lōga bi bunt̄. ʒ. ij. cū uino: aut empl̄ꝫ fit ex ea ꝯfert pūctu re vermiū venenoſoꝝ et venenis. PERmuta tio. Loco rotūde ponit̄ pōdus eq̄le zurumbet ⁊ tertia pōderis de macis et medietas ſui ponderis de coſto. Et loco lōge ponit̄ pondus equale zurū bet et medietas ponderis ſui de pipere.

De alcana. C. li.

ALcāna q̄d eſt. nota ē. Natura. Fri gida eſt ī ꝑmo ſicca in ſc̄o. OPEratio nes et ꝓprietates. In ipa eſt reſolō et ſtipticitas et exiccatio ſine nocumēto. et eſt reſolu tiua et carmiatiua et apitiua orificioꝝ venarum.

Et eius oleū hꝫ virtutē caleſactiuā ⁊ lenitiuaꝫ.

APOSTEmata ⁊ bothor. Eius decoctio ꝯfert apatibus calidis phl̄aticis ꝑꝑ ſuā exiccationē: ⁊ apa tibus iguinū. UULnera ⁊ vlcera. Eius de coctio ꝯfert aduſtioni ignis embrocata. ⁊ dicit̄ ꝙ efficit ī vulnerib⁹ opatione ſanguīs draconis: ⁊ ſu per fracturā oſſiū ſola cū cerato. INſtrumenta iūcturaꝝ. Eius ſupmū ꝯfert dolorib⁹ neruorū ⁊ ingreditur in emplīs paralyſis et tetani: ⁊ ipius oleū reſoluit laſſitudinem ⁊ lenit neruos ⁊ confert fracture oſſiū. MEmbra capitis. Linit̄ cum aceto ſupra frontē ad ſoda: ⁊ ſilr etiā ꝯfert vlceri bus oris. MEmbra anhelitus ⁊ pectoris.

Cōueniēs ē pleureſi ⁊ īgreditur in emplīs ſq̄nan tie. MEmbera expulſiōis. Cōueniēs ē do loribus matricis.

De amomo. C. lij.

AMomū q̄d eſt. Eſt arbor ſiue botrus li gni ſicut rete īuoluti: ⁊ hꝫ florem ſilē̄ hematiti in colore: ⁊ eius folia ſunt ſicut folia vitis albe quoꝝ color ē ſicut aurū: ⁊ color li gni ei⁹ ē ſicut hiacynthi boni odoris. Et ē eius ſpēs viridis ⁊ groſſa naſcēs ī locis hūidis: ⁊ eius odor ē ſicut odor rute. Et eſt ſpēs egyptiaca q̄ nō ē longa neq̄ꝫ lata: neq̄ꝫ debilis: neq̄ꝫ grauis ad frāgenduꝫ: īmo vnealis: ⁊ ei⁹ odor exuberat ſup trāſitū vue

ELEctio. Meli⁹ ē ꝑmū aureū recens arme nū amaꝝ boni odoris: ⁊ ſm q̄d hꝫ viride lignū eſt malū debilis coloris naſcēs ī locis humefactis ⁊ pe troſis. ⁊ illo meli⁹ ē tertiū illud q̄d ē recens decli nās ad albedinē ⁊ rubedinē: ⁊ ſpiſſuꝫ planū extēſū abſq̄ꝫ tortuoſitate ſolidū mordicatiuū acutū. pul uerizabile v̄o alienet̄ ⁊ eligat̄ illud cuius virgulta ſūt ex radice vna nec ſit adulteratū. Inq̄t Dia. ex eo meli⁹ ē albū: aut ad rubedinē declinās plenū ſe mīe ſicut botrus: q̄uis odoris abſq̄ꝫ fetore vnius coloris nō diuerſuꝫ mordicās linguā in quo nō eſt cōtractio. Natura. Calīn eſt ⁊ ſiccū in ſc̄o.

OPErationes ⁊ ꝓprietates. Subtiliat ⁊ matu rat ⁊ ī ipo eſt ſtipticitas: ⁊ virtus q̄ eſt ſicut virt⁹ acori: īmo ē vehemētioris digeſtiōis ⁊ maturatio nis. ſed acorus ē vehemēti⁹ exiccatiuus ꝙ ipm.

APOSTEmata ⁊ bothor. Maturat apata ca lida. INſtrumēta iūcturaꝝ. Eius decoctio bibit̄ ad podagraꝫ ⁊ ſedet̄ in ea etiam ad illud.

MEmbra capitis. Grauat caput ⁊ facit ſoda ⁊ facit ſomnū. Et q̄daꝫ dixerūt ꝙ qñ ex eo linit̄ frōs remouet ſoda: ⁊ ē ex īebriantib⁹ dormire faciēti bus. MEmbra oculi. Fit hembroca ex de coctiōe eius ophthalmie cal̄e. MEmbra anhe litus ⁊ pectoris. Confert pleuriſi frigide.

MEmbra nutrimēti. Aperit oppilatiōes epatis ⁊ bibit̄ eius decoctio ad egritudines epis ⁊ eſt plu rime digeſtiōis ꝙ acorus. MEmbra expulſiōis

Facit eis ꝓuocationē: ⁊ cōfert dolorib⁹ matricis ⁊ ītrat ī peſſarijs matricis: ⁊ ſedetur ī decoctiōe eius ad dolorē renū ⁊ bibit̄ ex eo ad dolores matricis oīs. UEnena. Emplīm factū ex eo cū beda rongi valet pūcture ſcorpionis.

De aſſa. C. liij.

ASſa q̄d eſt. Duaꝝ eſt ſpēꝝ: quaꝝ vna ē fetida: ⁊ alia ē odorifera: nō fortē habēs odorē: ſed calidior ē fetida. ⁊ ē herba ue hemētis igneitatis ī ſe tota. Et plīmū q̄dem huius ſpēi eſt carmēle: ⁊ ē gūma almaroth. Natura. Eſt [illegible]ida in ꝑncipio q̄rti. ſ. in ſc̄o. OPEratiōes ⁊ ꝓprietates. Frāgit ventoſitates: ⁊ effugit eas ꝑꝑ ſuā reſolōne: ⁊ eſt cū hoc iflatiua. incidit ⁊ re ſoluit ſanguinē cōgelatū ī vētre. Decoratio.

Cōfert alopitie illinita cū aceto ⁊ pipere. Et qñ ad miſtrat̄ ī cibarijs facit bonū odorem: ⁊ abſcidit ue rucas que ſunt ut claui. APOSTEmata ⁊ bo thor. Qū incidunt̄ recte apata fraudulētia mor tificātia mēbrū: ⁊ ponit̄ aſſa ſup ea ꝯfert: ⁊ ē bona ī cura dubellet apparētiū ⁊ ocultaꝝ. UULnera ⁊ vlcera. Cōfert īpetigini. INſtrumēta iūctu raꝝ. Qñ bibit̄ cū aq̄ granatoꝝ ꝯfert cōtritiōi la certoꝝ ⁊ ꝯfert dolorib⁹ neruoꝝ ſicut tetano ⁊ pa ralyſi: ſi accipiat̄ ex ea cūmul⁹ ħꝫ ꝙ dicit̄: ⁊ miſceat̄ cū cera: ⁊ deglutiat̄: aut ſi bibat̄ cū vino ⁊ pipere ⁊ ruta. MEmbra capitis. Implent̄ ea mōle mote: ⁊ ꝑmiſcent̄ cum ture ⁊ ponit̄ ſup dentē: ⁊ efficit opationē peōnie ī epilēia. Et qū ex ea fit gar garīſm⁹ eradicat ſanguiſugā gutturi annexam.

MEmbra oculi. Eſt bona initio aque alco ſol facto ex ea cū melle. MEmbra anhelitus. ⁊ pectoris. Qū diſſoluit̄ ī aqua ⁊ fit ex ea gar garīſm⁹ ⁊ ſorbet̄ clarificat vocē ſtatim. Et cōfert aſpitati gutturis antiq̄: ⁊ ſi ſorbeat̄ cū ouis cōfert tuſſi antique ⁊ pleureſi frigide: ⁊ efficit opationeꝫ fenugreci ī apate vulue. MEmbra nutrimāti

Si admiſtrat̄ cum ficub⁹ ſiccis ꝯfert ictericie: ⁊ ipa q̄dem ē ex eis que nocēt ſtomacho ⁊ epati.

MEmbra expulſiōis. Cōfert hemorroidib⁹ ⁊ ī coitu fortitudinē ꝓbet: ⁊ ꝓuocat mēſtrua ⁊ vri nā: ⁊ ꝯfert dolori vētris pūgitiuo ⁊ vlcetibus in teſtinoꝝ. Et Gal̄. q̄dem exiſtimauit in ipa eſſe uir tutē ſolutiuā parūp cū ſtipticitate ſua: ſed ſcitū eſt

apud oēs q ipa ꝯfert soloni antiq̄ frigide. FEbres. Est bona febri q̄rtane. UEnena. Ponit sup morsurā canis rabiosi ⁊ vermiū venenosoꝝ: ⁊ ꝓprie scorpiōis ⁊ rutele et cōfert oībus illis bibita ⁊ linita cū oleo: ⁊ expellit nocumētū sagitte venenose. PERmutatio. Loco fetide equale pōdus ipius de odorifera ponitur ⁊ pōdus semis de serapino: ⁊ tm̄dem de maroth: ⁊ medietas ponderis eis de gūma rute.

De acetosa. C. liiij.

